This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

L p 41. 25.

SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650
CHRISTO ET ECCLESIÆ

From the
Library Fund
Subscribed in 1842
Rec^d. June 14,
1844

2361









PRISCIANI

GRAMMATICI

DE

LAUDE IMPERATORIS ANASTASII,

ET DE

PONDERIBUS ET MENSURIS

CARMINA.

ALTERUM NUNC PRIMUM, ALTERUM PLENIUS

EDIDIT ET ILLUSTRAVIT

STEPHAN. LADISL. ENDLICHER,

HUNGARUS POSONIENSIS.

VINDOBONAE.

APUD P. J. SCHALBACHER ET SOCIOS.

1828.

Lfi 41.25

LECTURIS SALUTEM.

Habes, amice Lector, hoc in volumine Prisciani Grammatici Carmina duo, unum de laude Anastasii Imperatoris, nunquam adhuc vulgatum, alterum de ponderibus et mensuris, quod nonnulli Rhemnio Fannio Palaemoni, seu Remo Favino, cuipiam tribuunt, longe plenius et multo quam antehac emendatius editum.

Insunt carmina haec antiquissimo illi Bibliothecae Caesareae Vindobonensis Codici membranaceo, non sine summa veneratione adeundo, qui olim St. Columbani «*de Bobio*,» postea vero St. Joannis «*de Carbonaria*» peculium, ab Alexandro Riccardio Bibliothecae Augustae illatus, et a Michaele Denisio in *Catalogo Codd. latin. theologg. Vol. II. p.* 1. *col.* 628. *seqq.* est descriptus.

Inclaruit nuperrime magis Codex iste, cum Bibliothecae Caesareae Custodes vidissent quam plurima ejus folia esse rescripta, ita ut veteri ejus scriptura, a clarissimo domino Josepho ab Eichenfeld M. D. et Bibliothecae Augustae Custode, incredibili fere oculorum acie, absque chemicorum reagentium adminiculo, (ipsis membranis vix non semper exitioso,) lectâ, pluribus-

que venerandae antiquitatis monumentis summa cura inde erutis, (vid. *Wiener Jahrb. der Literat. tom. XXVI. Anzeige-Blatt pag.* 20 — 38) celebratissimis, quibus Italicae imprimis Bibliothecae tantopere superbiunt, Codicibus palimpsestis, jure merito nunc aequiparetur.

Atque ut de ipsis illis, quae in rescriptis his Codicis nostri foliis delitescebant, auctorum veterum fragmentis, variisque Grammaticorum et Patrum opusculis, quae a recentiori scriptura in Codice Bobiensi habentur, taceamus; ne scilicet, de prioribus quidem post Eichenfeldium, de posterioribus vero post Denisium, viros summos, scribentes, Iliada post Homerum condere videamur: dicamus de binis his Prisciani Carminibus, quae hoc libello eduntur.

Prisciani Carmen de laude Anastasii Imperatoris, hanc enim inscriptionem in fronte carminis nostri legimus, habetur in Codice Bobiensi a *fol.* 50. *rect. ad fol.* 52 *vers.*, et absolvitur praefatione jambica viginti et duorum versuum, et tercentis duodecim hexametris.

Meminit carminis hujus *Mabillonius in Mus. ital. part. I. pag.* 110, qui anno 1685 Codicem nostrum Neapoli, in Bibliotheca Monasterii Ord. St. Aug., St. Joannis de Carbonaria dicti, ubi tunc asservabatur, obiter inspexerat; et e Ma-

billonio *Fabricius Biblioth. lat. Libr. IV. edit. Ernest. tom. III. pag.* 403. — Denisius uberiorem Codicis notitiam, et pauca quaedam carminis nostri specimina, praefationem nempe jambicam integram, et *carm. vers.* 1—11 *et* 309—32. op. cit. col. 629. protulit; sed vel in paucis istis versiculis, in extricanda scriptura veteri, cujus quidem lectionem difficillimam pronuntiat, ita ut carmen hoc integre describendum plures menses deposcere praedicaret, saepius esse lapsum, virum alias in his rebus exercitatissimum, mecum miraberis.

Carmen alterum, *de ponderibus et mensuris*, quod in Codice nostro nullum auctoris nomen, sed simplicem inscriptionem «*de ponderibus*» in fronte gerit, plenius habetur in nostro, quam in editis omnibus, si quidem editiones centum sexaginta duobus et dimidio versu absolvuntur, in Cod. Bob. autem ducentos et octo versus (et quidem *fol.* 48 *vers.* 1—133, *fol.* 49 *rect. vers.* 133—155, *et fol.* 70 *vers.* 256—208) complectitur. In edendis istis quadraginta quinque et dimidio versibus, quibus auctior est Codex noster, Denisium saepe peccasse, suo loco ostendemus.

Codicis character minusculus longobardicus saeculum post Christum natum septimum vel

octavum refert; atramenti exigua quaedam, et luculentior calami diversitas, diversas manus describendis carminibus nostris operam dedisse, satis arguunt.

In carmine *de laude Anastasii Imperatoris*, scripturam gracilem, erectam, e nigro fuscam, vers. 178 excipit character crassior, paulo magis inclinatus et pallidior, cui usque ad vers. 294 continuato, iterum character ille prior gracilior succedit, quo etiam carmen absolvitur.

Carmen *de ponderibus et mensuris* orditur scriptura gracili, a primo prioris carminis charactere parum diversa, quae usque ad vers. 155 continuatur. Reliqua carminis pars demum *fol.* 70 *vers.* post interjecta varia excerpta grammatica, a carminis nostri argumento diversa, charactere crassiusculo, secundae carminis prioris scripturae satis simili, absolvitur.

Insunt praeterea carminis hujus 155 versibus prioribus plurimae correctiones, a duabus diversis manibus factae. Harum unam, quae vix crassiores characteres efformavit, quam prima illa manus, secundam; alteram, quae ab eadem manu, quae carmen continuavit et absolvit, proficisci videtur, tertiam appellare liceat. Eadem est nihilominus diversis his manibus scribendi oeconomia, eadem scribendi compendia,

eaedem sunt abbreviationes et siglae, de quibus, nam in his recte interpretandis et resolvendis palmaris laboris nostri pars absolvitur, nunc est agendum.

Atque, ut de ipsa scribendi oeconomia incipiamus, quaevis pagina in duas columnas dirimitur, singulae autem columnae triginta circiter versus continent.

Interpunctionum usus rarissimus, et nonnisi punctum simplex (.), aut bina (:), vel terna (⁘) adhibentur in *carmine de laude Anastasii*, et quidem initio et in fine inscriptionis ⁘ in fine *praefationis* :, in fine *fol.* 50. *rect.* post *vers.* 23 ⁘, et in fine *col.* 1 *fol.* 50 *vers.* post *vers.* 58 ⁘ deinde *col.* 2 post *vers.* 60 punctum simplex, *fol.* 51 *vers. col.* 1 post *vers.* 182 ⁘ et *fol.* 52 *rect. col.* 2 post *vers.* 289 ⁘, denique in *fine carminis:*

Quotiescunque nova periodus incipit, primo periodus versui linea brevis horizontalis praefixa est, primus autem versus cujusvis praecipuarum carminis sectionum (nempe *vers.* 1, 67, 80, 98, 112, 133, 149, 174, 180, 186, 206, 211, 218, 254, 261,) majuscula litera incipit. Quoties vero in longioribus paulo versibus, linea jam expleta, syllaba quaedam superesset, ea a librario supra vel infra lineam est adnotata, sic

	=ten
vers. 80.	*bellerophon*
	=nis
vers. 86.	*lati*
vers. 92.	*tene*
	bant

In toto *carmine de ponderibus et mensuris* nulla plane interpunctio offenditur, nisi quod in fine inscriptionis *de ponderibus* punctum simplex habetur.

In dirimendis vocibus magna in codice confusio, saepe enim fit, ut priores vocabuli alicujus syllabae vel literae a posterioribus sejunctae sint, haec mox sequenti, illa praecedenti vocabulo adhaereant. Sed fateor parum hoc negotii facessere. In carmine *de ponderibus et mensuris* his librarii erroribus nonnunquam a manu recentiori medela allata est, sic ex. gr. *vers.* 64 ubi a prima manu legitur:

«*hujus dimidium fertur nam*»

a manu recentiori interpungitur:

«*hujus dimidium fert: ur⌣nam*»

quod in carmine *de laude Anastasii* nunquam factum observavimus.

Quod ad orthographiam et singularum literarum formam et cum aliis conjunctionem attinet, haec fere observamus.

Litera *a* plus minusve aperta in carmine *de ponderibus et mensuris* aliquoties a manu recentiori clausa est.

Diphthongus *ae* suo fere semper loco ponitur, in carmine *de laude Anastasii* scribitur constanter «*caelum*» sed «*cetera*,» et sic porro. ę quod vocant caudatum nonnisi *vers.* 236 in «*proprię*» *vers.* 207 et 216 in «*luxurię*» et *vers.* 306 in «*pię*» adhibetur, *vers.* 18 in Cod. vitiose legitur «*paenitus*» pro «*penitus.*»

Litera *b*, pro *p* semel adhibita *vers.* 165 ubi pro «*scripta*» more Bentleyano «*scribta*» legitur.

E jungitur cum sequenti *c* et *t*, *m n*, hoc fere modo in ⁊ = *ec*, et in & = *et*, ⁊m = *em*, ⁊n = *en*.

I praecedenti vocali vel consonanti plerumque adhaeret in ꝯ = *ei*, ꝑ = *fi*, ꝯ = *ci*, ꝛ = *ni*, ꝝ = *mi*, ꝟ = *ri*, ꝑ = *si*, ꝫ = *ti* etc.

M et *N* in fine vocum *a* adnexum gestant in ꝶ = *ma* et ꝛ = *na*.

O jungitur praecedenti *l* et *r* in ꝛ = *lo*, et in ꝟ = *ro*.

Literae *r* et *s* forma quam maxime affines ꝛ, ꝛ difficulter admodum dignoscuntur.

T adjunctam habet syllabam *ri*, in ꝟ vel ꝟ = *tri*.

Y, pro quo in carmine de ponderibus et

mensuris plerumque *i* habetur, nunquam inter apices punctum gerit.

Numeralia cardinalia tribus in locis numeris romanis exprimuntur, et quidem in carmine de laude Anastasii, vers. 211.

«*Aegyptum* VII *sic servat Iosiphus annos*»

et in carmine de ponderibus et mensuris, vers. 24 et 25:

«*Uncia fit drachmis bis* III *unde putandum*
«*Dragmata dicta quod haec* XX *et quatuor in se*»

legitur. In nota de ponderibus atticis, quae carmini nostro in Cod. Bob. adhaeret, (*vid. animadv. ad vers.* 45) ∞ = 1000, ↀ = 500, $\overline{\text{VII}}$ = 7000, $\overline{\text{XXIII}}$ = 23,000, $\overline{\text{XLV}}$ = 45,000 etc.

Scribendi compendia et siglae hae sunt.

Vocalis consonanti imposita, literam *r* inter consonantem et vocalem enuntiandam esse, indicat, sic: scep̊t = *sceptra*, p̊ua = *prava*, c̊dens = *credens*, f̊mentes = *frementes*, p̊sciani = *prisciani*, di͂men = *discrimen*, p̊us = *prius*, coris = *cruoris*, p̊dentia = *prudentia* etc.

⁓ = *er*, sic ũa = *vera* (in *carm. de laud. Anast. vers.* 205, 269 et 311, quo ultimo loco Denisius male edidit «*vestra*») sũamur = *servamur*.

⁓ = *u*, sic isãria = *isauria*, aeũm = *aevum*.

~ vel ה = *m*, sic quã = *quam*, nã = *nam*, nãq. = *namque*, flam̃is = *flammis*.

~ in fine vocum supra *r* = *um*, ut honor̃ = *honorum*, libror̃ = *librorum*.

~ post *t* in fine verborum = *ur*, sic frangent̃ = *frangentur*, moduiant̃ = *modulantur*.

ã = *aut*.

b. vel ꝫ = *bus*, sic gravib.q. = *gravibusque*, ponderib. = *ponderibus*.

ɔ = *con*, sic ɔvellens = *convellens*, ɔtra = *contra*, ɔcussa = *concussa*, ɔsumere = *consumere*.

d̄o = *deo*, dm̄ = *deum*.

ẽe = *esse*.

N̄ = *enim*, in *carm. de pond. et mens. vers.* 15 a secunda manu.

h̄ = *haec*.

ṁ = *mihi*.

n̄ = *non*.

n̄c = *nunc*.

ṅ = *nil*.

n̄n = *nomen*.

n̄r = *noster*.

om̄a = *omnia*, om̄s = *omnes*, omb = *omnibus*.

ꝑ = *per*, in *superbia*, *nuper*, *repertum*, *permiscuit* etc.

$\overline{p}$ = *prae* vel *pre*, (cfr. *Majum ad Cic. de rep. Libr. I. cap.* 18. *edit. Rom. pag.* 53) sic p̃dicant = *praedicant*, p̃sens = *praesens*, p̃ces = *preces*, dep̃ndere = *deprendere*.

$\overline{p}$ = *pro*, in *proferre*, *improba*, *propter*.

p̊ = *post*, sic *carm. de pond. et mens. vers.* 168 p̊h̄ = *post haec*, non quemadmodum Denisius male edidit «*primo hanc.*»

q, q. vel q: = *que*.

q̇ = *qui*, sic q̇b. = *quibus*, q̇dq̇d = *quidquid*.

$\overline{q}$ = *quae*.

q̈ = *qua*, sic iniq̈ = *iniqua*.

q̃re = *quare*.

q̊ = *quo*, q̊s = *quos*.

q̲ = *quia*.

s̄t = *sunt*, sic lacēst = *lacessunt*.

$\overline{sca}$ = *sancta*.

tc, vel t̊ = *tunc*.

ṫ = *tibi*.

t̄m = *tantum*.

t̄n = *tamen*.

Correctiones a manu recentiori factae in carmine *de laude Anastasii* vix locum habent, omnes enim ab ipsa prima manu proficisci videntur, sic vers. 10 in *coeperit*, τὸ *o* puncto impositio damnatur, vers. 29 *inrita* mutatum est in *irrita* (iñrita), vers. 46 *Antonium* in *Antoninum*

(Antoniûm), vers. 62 *manentes* in *minantes* (mânêntes), vers. 108 *classes*, in *classis* (classês), vers. 96 in *corrumpit* τὸ *m*, vers. 122 in *terraeque*, τὸ *que* et vers. 242 in *quod* τὸ *d* punctis vel obelo jugulatum, delendum indicatur. Vers. 42 *castus*, vers. 46 *hujus*, et vers. 50 *tot*, ab ipsa prima manu inter lineas additum est. (*Vid. Lect. var. ad carm. de laude Anastasii, pag.* 17 *et* 18.)

In Carmine *de ponderibus et mensuris* plurimae tum a secunda tum a tertia manu correctiones habentur. Secunda manus vocem vel literam delendam punctis supra vel infra notat, aliamque vocem vel literam adpingit, a manu tertia plures in margine correctiones hoc signo / praefixo, quod etiam in contextu vocabulo corrigendo imponitur, adnotatae sunt. Rarius literae quaedam obelo transfixae, rarissime erasae sunt, remanentibus nihilominus, sufficientibus ad eam dignoscendam, atramenti vestigiis. Mutatio literae a prima manu scriptae in aliam addito vel mutato ductu nonnisi *vers.* 9 ubi *dragma*, a sec. manu in *grag̃ma* = *gramma*, et *vers.* 65, ubi *diritos* in *digitos* mutatum est, locum habet. Tertia manus unico in loco ex *i* formavit *y*, *vers.* 82 in *mystro*. *Versu* 127 signa // et -/ his vocibus imposita:

«*mens alta prodidit magistri*»

legendum indicant:

«*prodidit mens alta magistri.*»

Versus 27 a prima manu ante 26. exaratus est, ibi ergo versui in *edit.* 26. *in Cod.* 27. *a* et *vers. edit.* 27. *Cod.* 26. *b* a tertia manu praefixum, *vers. Cod.* 27. ante *vers. Cod.* 26. legendum esse indicat.

Et haec de ipso Codice dicta sufficiant, quae harum rerum studiosus lector cum accurata descriptione *Codicis Neapolitani*, qui praeter *Charisium Grammaticum*, *Gesta Pontificum* complectitur, a Cl. viro *G. H. Pertz*, *im Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, *tom. V. pag.* 70—75 vulgata comparare, operae pretium mecum judicabit, siquidem uterque *Codex Neapolitanus* et *Vindobonensis* eodem saeculo in monasterio Bobiensi exarati videntur, atque quae in rescriptis *Codicis nostri* et *Neapolitani* foliis supersunt *Lucani fragmenta*, ejusdem antiquissimi *Codicis Pharsaliorum* partes constituant, qua de re pluribus vide *Gauppii*, *Quatuor folia antiquissimi alicujus digestorum Codicis rescripta* (*Wratisl.* 1823) *pag.* 4 *et* 5 et imprimis *Eichenfeldii*, *Ein Bobbeser Codex rescriptus der Wiener Hofbibliothek*, *pag.* 7.

Jam de auctore istorum Carminum est dicendum. Et primo quidem, quod *Carmen de laude Anastasii Imperatoris* attinet, illud in antiquissimo Codice nostro, Prisciani nomen in fronte gerit, et in hypographe Priscianus Grammaticus fuisse disertis verbis dicitur: *Expliciunt laudes..... dictae a Prisciano Grammatico;* ita ut dubium nullum esse possit, Priscianum Grammaticum, quem vulgo Caesariensem dicunt, qui teste *Paulo Warnefrido de gest. Longobard. Libr. I. cap.* 25, Justiniano I. imperante «apud Constantinopolim grammaticae artis profunda rimatus est,» quem *Cassiodorus de Orthogr. cap. XIII.* suo tempore Constantinopoli doctorem fuisse testatur, in Codice vix binis saeculis a scriptoris hujus aevo remoto, carminis nostri auctorem designari. Nihil certe obstat, Grammaticum Justiniano I. imperante florentem, quamvis non desint, qui eum jam anno 522 mortuum fuisse contendant, (cfr. *Lindemannum in praef. ad Prisciani opusc. minor. Ludg. Batav.* 1818. *praef. XV.*) Anastasii Dicori anno 518 fatis functi laudes cecinisse, nec quidquam observare possum, sive carminis argumentum spectem, sive stylum, quod a Prisciani ingenio abhorreret. Imo inter Periegesin illam, toties vulgatam, quam a Prisciano Caesariensi e graeco

Dionysii magna licentia esse conversam, eruditi fere consentiunt, imprimis inter quatuor illos versus:

«Naturae genitor, quae mundum continet omnem,
«Adnue, rex caeli, positum telluris et undae,
«In quas imperium mortalibus ipse dedisti,
«Materiae tantae me promere carmine digno,»

quos Priscianus reliquis e Dionysii translatis e suo praefi[illegible] ingenio, et carmen nostrum, non exigua styli affinitas intercedere, mihi saltem videtur.

Auctorem nostrum se pluribus in locis Christianum haud obscure profiteri, neminem facile movebit; Priscianum enim ethnicum fuisse, medii aevi commentum est, cujus originem, nempe e libro Juliano inscripto, quem Julianum Apostatam falso credebant, jam *Anonymus Melliciensis de script. eccles. cap. XVIII.* Scriptor Saeculi XII. probe cognitam habuit.

Longe alia res est circa *Carmen de ponderibus et mensuris.* In Codice Bobiensi enim, omnium certe qui adhuc innotuerunt antiquissimo, auctor carminis hujus non nominatur; deest quoque inscriptio in Cod. S. Germanensi, atque in vetustis saeculi XV. editionibus Venetis. Codex Abbatiae Morbacensis et Vossianus secundus Bibliothecae Lugduno-Batavae, editio prae-

terea vetusta Lipsiensis anni 1494 *Remum Favinum* auctorem nominant. *Priscianus* dicitur in Codice Thuani, Prisciani opus etiam volunt Codex Reginae Sueciae, et Vossianus primus Lugduno-Batavus, sed hic addit: *ex opere Rufini vel Faviniani*, ille: *ex opere Rufini vel Faviani. Rhemnium Fannium* compellat editio Lips. ann. 1515, *Rhemnium Fannium Palaemonem* editiones sequiores vix non omnes. — Jam quo pacto istam Codicum dissensionem conciliare, carmenque nostrum Prisciano Grammatico vindicare conatus sit J. C. Wernsdorfius, in dissertatione de Prisciani Carminibus, (*Poet. lat. min. edit. Paris.* 1825. *tom. IV. pagg.* 214 *seqq.*) est exponendum. *Remi Favini* nomen, quod in Codd. Morb. et Voss. 2. Edit. Lips. ann. 1494 habetur, cum in reliqua antiquitate non viderent exstare, recteque existimarent esse corrupta, de *Rhemnio Palaemone*, Grammatico eo tempore a Joviano Pontano e tenebris eruto, cogitare coeperunt Angelus Politianus, Silius Gyraldus et alii, atque *Rhemnium* e *Remo*, *Fannium* e *Favino* fingentes, pleno nomine *Rhemnium Fannium Palaemonem* commenti sunt. Contigit praeterea ut *Favinum* vel *Fannium* Carminis de ponderibus et mensuris auctorem, eundem censerent, ac *Flavium Grammaticum*, quem *Hieronymus*, *cap.*

80. *de Script. ecclesiasticis*, libros de medicinalibus versu composuisse, atque una cum Lactantio a Diocletiano Nicomediam vocatum fuisse narrat, et *libro II. in Jovinianum*, cum Marcello Sidete, Graeco similis poematis auctore compositum laudat. *Favini*, *Fannii* et *Flavi* nomina tam similia, et Grammaticus, qui de medicinalibus versu scripserat, Carminis de ponderibus et mensuris, quorum notitia medicis imprimis necessaria habebatur, (unde etiam carmen nostrum Saec. XVI. plerumque Celsi et Sereni Sammonici operibus medicis subjunctum legitur,) dignissimus auctor visus est; ut *Fannii* nomen Hieronymi loco intrudere, atque *Rhemnio Fannio*, recens ficto scriptori, ex illo Hieronymi loco suam aetatem, patriam, praeceptorem, et Grammatici munus publicum adsignare non dubitarent, imo cum *Flavio Grammatico* antea confusum, nunc ab antiquiore *Q. Rhemnio Fannio Palaemone* distinguendum putarent.

Codex Thuani *Priscianum* diserte carminis hujus auctorem designat, idem testantur Codd. Regin. et Voss. 1., manifeste tamen auctorem carminis Priscianum, ab auctore ipsius operis, ex quo ille suum hoc, quemadmodum Periegesin e Dionysio interpretatus, traduxit, distinguunt, *Rufinum* vel *Favianum* aut *Favinianum*. Va-

ria ratione nomina haec ex parte corrupta explicari posse putat Wernsdorfius. Posse enim sub voce *Faviani* nomen latere *Flavii Theodori*, qui in Codice MS. Prisciani se ejus discipulum profitetur, opera illius recensuisse et descripsisse Olybrio Jun. Cons. h. e. anno 526, (vid. *Fabricium Biblioth. lat. Libr. IV. cap.* 4.) quo pacto opus Flavii vel Faviani diceretur opus Prisciani, quod a Flavio descriptum est; posse intelligi opus *Flavii Grammatici*, cujus supra mentionem ex Hieronymo fecimus, qui libros de medicinalibus versu scripsit. Sed tota illa formula conjectura librarii, carmen Prisciani describentis, Wernsdorfio videtur, qua significare voluerit, carmen illud Prisciani sumtum esse ex opere *Rufini Grammatici*, qui uti libellum de metris comicis, item de numeris et pedibus oratorum, versibus composuit, (quod opus etiam nunc inter ipsa Prisciani opera legitur), ita fortasse et aliarum rerum notitiam versibus complexus dederat, cui Prisciani libellus de ponderibus et mensuris, ob similitudinem scriptionis adjungebatur; vel ex opere *libri Flaviani*, vel librorum *Flavii Grammatici* de Medicinalibus, in quibus ille quum universam rem medicam, tum haud dubie medicorum pondera et mensuras exposuerat carmine; quem igitur Priscianus librario,

libelli ejus scriptori, vel exscripsisse, vel imitatus esse videbatur, unde apud alium librarium, *Remi Favini* nomen ortum fuisse suspicatur. Minus placent, fateor, reliquae, quas cumulat Wernsdorfii solertia, conjecturae, nempe: *Remi Favini* corrupte scriptum esse pro *Remedii Flaviani*, quasi remedium barbare adpellaret librum remediorum, qualis est Sereni Sammonici, aut indicare voluisse libros *Rerum Medicinalium Flavii*, quorum partem suo opere expresserit Priscianus, vel *Remi Favini* nomen esse corruptum vel contractum esse recentioris Grammatici, qui Priscianum utcumque tractavit vel exposuit, *Remigii* fortasse monachi Antissiodorensis saeculi IX., qui a Fulcone Archiepiscopo Remensi ad scholam ibi regendam evocatus est, teste *Flodoardo* vel *Flavaldo*, Hist. Rem. IV. 9. hunc fortasse carmen de ponderibus et mensuris e libris Prisciani alicubi laudasse, excerpsisse, vel seorsim proposuisse: unde nomen *Remi* i. e. *Remigii* a librario praepositum fuerit; *Favini* nomen plane corruptum, esse fortasse *Flavaldi*, quemadmodum *Flodoardum* Sigebertus Gemblacensis et Trithemius adpellant, et librarium indicare voluisse, esse illum *Remigium*, qui a *Flavaldo* memoratur.

Quidquid igitur sit, satis adparet *Rhemnii*

Fannii Palaemonis nomen a luxuriantibus Saeculi XV. ingeniis commentum, et *Remi Favini*, in aliis Codicibus ita restringi, ut Priscianus sua ex opere *Rufini vel Faviani* aut denique *Faviniani* mutuatus fuisse dicatur.

Sub *Faviani* vel *Faviniani* nomine, sive *Flavium* illum Grammaticum ab Hieronymo laudatum, sive *Qu. Remnium Palaemonem*, e textrino propudiosae libidinis Grammaticum latere putes, parum moror; observare nihilominus liceat, *Quinto Remnio Palaemoni* e manifeste corrupto Suetonii et e dubiis admodum Plinii et Gellii locis Fannii nomen adponi, quamvis nihil obstet *Remnium*, qui teste *Suetonio de illustr. Gramm. cap. XXIII.* «capiebat homines quum memoria «rerum, tum facilitate sermonis: nec non etiam «poemata faciebat ex tempore scripsitque va«riis, nec vulgaribus metris,» carmen reliquisse, e quo Priscianus suum mutuare potuerit.

Alii cum Casparo Barthio *Theodorum Priscianum* Theodosianei aevi medicum, alii *Priscianum Lydum* Saeculi VI. scriptorem graecum, carminis nostri auctorem, nullo probabili argumento putarunt. Casparus Barthius etiam *Favonium Priscianum* commentus est, (*ad Claudian. pag.* 87 *et* 128). Multi denique, cum carmen nostrum *Rhemnio Fannio Palaemoni* tribui viderent, Pris-

ciani Periegesin eidem auctori ficto adscribendam putarunt.

In edendis duobus istis carminibus haec praecipua lex erat et esse debebat, ne scilicet citra summam necessitatem et nonnisi in locis manifeste corruptis a Codicis Bobiensis ea lectione, quam iterata multis vicibus ejus collatione probe perspectam haberem, recederem, et sicubi esset recedendum, id adnotaretur fideliter. Ac in *Carmine* quidem *de laude Anastasii*, scriptura Codicis tam est emendata, ut vix tribus quatuorve in locis a Codice discedendum fuerit, in carmine autem *de ponderibus et mensuris* a prima manu adeo corrupta, ut sine emendationum illarum quae in Codice Bobiensi a secunda et tertia manu ut diximus habentur, aliorumque insuper Codicum, quarum lectiones Petrus Burmannus vulgavit, adminiculo, vix atque ne vix quidem in integrum restitui potuisset; ut taceam non obstantibus istis, duobus aut tribus in locis conjectura critica, ea tamen satis probabili, opus fuisse.

Carmen de laudibus Anastasii, *παράλληλον* Orationi Panegyricae Procopii Sophistae Gazaei a Villoisonio e Codice Marciano editae, commentario historico illustravi, *Carmini de ponderibus et mensuris* priorum editorum notas om-

nes subjunxi, quibus meas quantascunque animadversiones adspersi. Monitum tamen velim, me Commentarii in hoc carmen partem criticam ita retractasse, ut Editionum, quarum plurimas ipse examinavi, et Codicum, quos e Burmanni et Wernsdorfii fide citare coactus fui, lectiones varias, prius in Burmanni et Wernsdorfii notis dispersas, certo ordine disponerem.

Superest clarissimis viris bonorum studiorum fautoribus, qui multis modis institutum meum promoverunt, publice testari grates. Inter quos principe loco nominandi duumviri clarissimi Bibliothecae Augustae Custodes, Bartholomaeus Kopitar et Josephus ab Eichenfeld:

«animae, quales nec candidiores
«Terra tulit; neque quîs me sit devinctior alter,»

quorum hic iteratis vicibus Bobiensem Codicem mecum examinavit, ille vero tanta in me meaque omnia cumulare solet beneficia, ut et in edendo hocce opusculo plurimum me ejus debere amicitiae lubenter fatear. Clarissimi praeterea viri Antonius Stein Augusto a Consiliis et Philologiae in Universitate Vindobonensi Professor emeritus, et Josephus Jenko, Matheseos in eadem Universitate Professor p. o., plura opportune monendo, egregie de meo labore meriti sunt.

Et haec sunt amice lector quae in limine hujus libelli praemonenda putavi. Sicubi peccatum a me videris, ignosce, et

si quid novisti rectius istis
Candidus imperti, si non — his utere mecum.

Vale. Posonii Non. April. MDCCCXXVIII.

PRISCIANI

DE LAUDE

IMPERATORIS ANASTASII

CARMEN.

E CODICE UNICO, OLIM BOBIENSI, NUNC BIBLIOTHECAE CAES. VINDOB.
PRIMUM EDITUM ET COMMENTARIO HISTORICO ILLUSTRATUM.

ARGUMENTUM CARMINIS.

Captatio benevolentiae, vers. 1—10. Anastasius e stirpe Pompeji, vers. 11—15. Anastasius Pompejo major ob Isauros domitos, vers. 16—20. Isaurorum, imperante imprimis Zenone, flagitia, vers. 21—37. Anastasii virtutes, vers. 38—45. Anastasius optimis Romanorum imperatoribus comparatur, vers. 46—49. Anastasius Isauros ex urbe ejicit, vers. 50—54. Isauri seditionem movent, vers. 55—62. Ab Anastasii copiis vincuntur, vers. 63—79. Anastasius Bellerophonti et P. Servilio Isaurico comparatur, vers. 80—86. Isaurorum strages describitur, vers. 87—106. Isaurorum classis in Lyciae litoribus naufragio perit, vers. 107—111. Isaurorum stragem prosequitur, vers. 112—129. Anastasii erga victos clementia, vers. 130—132. Anastasii laudes ob delatores ex urbe ejectos, vers. 133—139. Poeta e plurimis praeclaris Anastasii factis, quaenam potissimum deligat, anceps haeret, vers. 140—148. Chrysargyri vectigal ab Anastasio aboletur, vers. 149—161. Tabulae vectigalis hujus notitiam continentes in Circo comburuntur, vers. 162—170. Isaurorum duces aliquot vivi capti, triumphali pompa per Circum ducti, vers. 171—179. Justitia sub Anastasio e caelo redux, vers. 180—183. Urbes, muri et portus ab Anastasio restaurantur, vers. 184—192. Curia reformatur, vers. 193—197. Anastasius magistratus antea venales, gratis confert, et militum delectum in-

stituit, vers. 198—205. Granaria construit, hinc Josepho Aegyptio comparatur, vers. 206—217. Seditiones reprimit, et hominum cum feris pugnas in Circo abrogat, vers. 218—227. Occulta Anastasii beneficia et clementia, vers. 228—238. Custodes aulae prudentes viros eligit, et Italis favet, vers. 239—247. Doctis praemia concedit, vers. 248—253. Arabes Scenitas ad Euphratem tumultuantes, reprimit, vers. 254—260. Poetae vota pro Anastasii gloria, vers. 261—268. Anastasius e periculo navali, divina dextra, ob pietatem liberatus, vers. 268—290. Anastasii familia, vers. 289. Pauli, Anastasii fratris, laudes, vers. 290—293. Anastasii in fratris filios pietas, vers. 294—297. Hypatii, Anastasii e sorore nepotis, praeclara facinora, vers. 298—300. Ariadnes imperatricis laudes, vers. 301—308. Poetae vota, vers. 309—312.

INCIPIT PRAEFATIO PRISCIANI DE LAUDE ANASTASII IMPERATORIS.

Cod. f. 50 r. col. 1

Summi poetae quae solent in versibus,
Quos imperatorum modulantur laudibus,
Proferre, caelum cum petunt et sidera,
Adversa naturae sequentes impie,
Tibi, sciens, quod displicent nimis pio,
Nihil nefandum, nil nisi verum loquar;
Nam qui tribuit mortalibus caelestia,
Sapientium damnatur arbitrio pari;
Et si qua vere praedicat, non creditur,
Cum falsa ceperit canens exordia. col. 2
Quare, precor, libenter audias tua,
Quae cuncta non ego potero producere,
Non mille dentur si mihi linguae, simul
Fons ingenî si carmen effundens novum;
Sed parte ferre qua valeo pro viribus,
Decerpta lucem conferat quae cantibus:
Quod more miro fit; solent nam carmina
Addere decus rebus magis quam sumere.
Deo favente jam subibo pondera
Laudis, serenus quae relevat vultus mihi,
Praesens ubique cernitur qui sensibus,
Arcana nudans principis mitissimi.

Accipe romanum clementi pectore carmen,
Accipe, quod soleo caelesti reddere regi;
Munere pro vitae, pro pulchro lumine solis:
Namque deum sentis placari carmine tantum,
Quem sequeris princeps animo justissime recto,
Qui tibi regna dedit, cui debes omnia soli
Prospera, quae bellis pariter vel pace tulisti;
Audax nam venio praeconia dicere vestra,
Quae finit caelum, quibus omnis cingitur orbis.
Nec mirum tales, ex tanta stirpe creatos
Pompeji, proprio quem culmine Roma locavit,
Cujus quis merito valeat numerare triumphos,
Quos vidit Titan linquens repetensque profundum,
Quos medio veniens steterat miratus Olympo.
Sed tamen egregio, Pompei, cede nepoti;
Namque genus, quod tu terrarum victor ubique,
Indomitum Tauri linquebas collibus altis,
Hic domuit penitus, convellens semina belli,
Quod, celso positum fortunae vertice nuper,
Et nullum finem credens felicibus esse,
Impia condebat terris monumenta doloris,
Vexatis domibus, raptu stuprique furore,
Cum similes omnes ad pessima damna putabant,
Fol. 50 v. col. 1 Non honor aut aetas potuit defendere quemquam,
Legibus eversis, certo munimine rerum,
Vique potestatem telluris sola tenente.
Tunc pravi scelerum capiebant praemia laeti,
Judiciis nimium justos damnare coactis;

Nam vanum nomen retinebant inrita jura,
Umbraque justitiae rebus restabat inanis.
Paupertas nulli tenuis prodesse valebat,
Quae solet esse salus raptorum tempore regum;
Namque dabat poenas, ut non praesentia ferret,
Et stupuit sese damnis majoribus esse,
Quam plenos opibus largis gravibusque metallis:
Corpora nam, spolii si copia nulla dabatur,
Vexabant vinclis, vexabant stipite duro.
Cladibus his tandem caeli rex liberat orbem,
Cum dominum,(melius sed patrem dicere possum),
Praebet Anastasium, tanta pietate vigentem,
In cujus vita virtutes cernimus omnes;
Est justus, sapiens, castus, fortisque, piusque,
Est clemens, stabilis, moderatus, mitis, honestus,
Et, loquar ut breviter quod sentio corde sub imo,
Possidet hic veterum quidquid laudatur in ullo:
Antoninum hujus pietas, sapientia Marcum,
Et mitem Nervam lenissima pectora vincunt,
Promeruitque Titus non tantum mente benigna,
Gloria magnanimi Trajani cesserat isti;
Nam quis tot domuit simul uno marte tyrannos,
Rupibus adverso quos duxit Isauria fato,
Quos bonitas domini placidissima cedere jussit
Moenibus ex urbis, voluit nec laedere prorsus,
Quamvis supplicium debentes solvere mundo:
Sed non ille Pater, qui sustinet omnia dextra,
Atque pari libra justi monumenta repensat,
Adnuit impune sceleratam linquere gentem;
Nam furor immissus commovit marte nefando,
Et Romae caecos rapiendas traxit ad arces,

Vindicta ut pereant merita lucemque relinquant.
Tristia nam rursus cupientes damna referre,
Et Latiis multo regnis pejora minantes;
Principis invicti felix exercitus armis,
Ductoresque fide nec non virtute potentes,
Omnibus adficiunt caesos profugosque ruinis,
Cum ducibus sceleris ducentibus improba signa.
Ut leo, qui regnans silva dominatur in alta
Per Libyae saltus, nisi nobilis ira lacessat,
Non movet arma, suas stimulat nec verbere vires;
At si commoveat clamor, si turba coronae,
Infremit horrendum simul, et distendit hiatus,
Sanguineis torquens ardentia lumina flammis,
Et ruit in medium, prosternens arma virosque,
Nec vis ulla potest venienti obsistere contra:
Impetus hos frangit, pulsos hos emetit unguis,
Pars lacerata jacent inimici dentibus oris,
Hos metus exanimat pereuntes vulnere nullo:
Viribus Augustus sic saevos perculit hostes,
Per varios sternens casus non fanda furentes.
Graecia jam taceat jactans mihi Bellerophonten,
Qui vicit Solymos, ut rursus bella moverent:
At semel hos dominus noster felicibus armis
Sic domuit, posthaec ne possint esse rebelles;
Quod nec ductorum Servilius optimus olim,
Pro merito laudum cui nomen Isauricus illo
Marte datum fuerat, potuit praestare Latinis.
Non illos aurum, non vis, non copia ferri,
Nec castella quidem, praeruptis ardua saxis,
Nec tantae validis munitae moenibus urbes,
Quantas non ullus victorum ceperat ante,

Exitiis rapiunt dignis et principis ira,
Et qui spe fluxa frustrati cuncta tenebant,
Nil satis esse sibi credentes, tela movendo,
Cautibus angustis conclusi fata trahebant, Fol. 51 r. col. 1
Pejoremque famem crudeli morte tulerunt,
Quae plus corrupit quam cetera funera victos,
Et mentes avidas orbis consumpsit egestas.
Principe pro justo taceat quis fulminis ictus?
Nam quos non valuit robur corrumpere Martis,
Nec tot ductorum circumdata moenia vallo,
Dejicit hos summi genitoris dextera flagrans,
Injustos contra praesenti numine pugnans.
O pietas praestans, toto memorabilis aevo,
Pro qua cum ventis sociantur proelia nimbis,
Ignibus et rapidis armantur fulgura bello,
Percutiuntque sono concussa tonitrua montes.
Quid tempestates memorabo fluctibus ortas,
Atque hostis Lyciae projectas litore classis?
Cum vice romani functae sunt militis undae,
Sceptrifer et cepit pelago pugnante triumphum.
Omnia sic habuit virtus elementa saluti!
Quis repetat totiens acies stragesque peractas,
Aequatasque solo sublimi tegmine turres,
Agminibus domitis cum parte cadentibus omni,
Flumina torrebant fluviis mutata cruoris,
Et prope corporibus raptis sunt ostia clausa;
Tunc mare confuso rutilavit sanguine victum,
Et saturi pisces tempsere cadavera plura.
Sic qui sperabant captivas ducere matres,
Atque frui spoliis urbis sacrique palati,
Et reges iterum, infandum! se reddere nobis;

Lumine cum caeli terrae caruere sepulcris.
At reliqui patrias aedes urbesque relinquunt,
Orbati natis, lugentes pignora cara,
Moenia subvertunt, quaecumque reliquerat ignis,
Et vix aetherio poenas sensere Tonanti
Reddere se justas, contempto mille per annos;
Ultoremque deum post clades esse fatentur,
Atque sui casus se causam scire fuisse.
col. 2 Sed tamen Augusti superat clementia cuncta,
Qui stratos relevat, domuit quos Marte superbos,
Hostibus et pacis concedit munera pacis.
Gaudens nunc proceres securos fidere vita,
Imperiumque suum vivendi ponere fructum;
Insidias nemo diras metuitque venenum
Linguae, quo multi ceciderunt crimine ficto.
Perdita res populi fuerat sub tempore diro,
Restituit tamen hanc domini prudentia mira,
Perficiens firmum, quod cepit debile, regnum.
Multa simul vario concurrunt ordine rerum,
Diversosque trahunt angusto pectore sensus;
Ac veluti Delphis Phoebas, cum, numine plena,
Omnia quae fuerant, quae sunt, pariterque futura
Conspicit, et cupiens prohibetur prodere luci;
Sic ego concipiens tua, Princeps, plurima facta,
Quae tibi debentur diversis partibus orbis,
Non possum verbis animo proferre parata:
Quocirca laudum relego fastigia summa.
Nunc hominum generi laetissima saecula currunt,
Quos inopes dudum faciebant jussa nefanda;
Quae propter multi sedes fugere parentum,
Quae pater et dominus terrae delevit in aevum:

Argenti relevans atque auri pondere mundum,
Perpetuoque parans sibi maxima praemia caeli;
Divitias temnit, quo prodest omnibus unus.
Namque cibum poterant qui vix adquirere vitae,
Oblato miseri thesauris munere flebant,
Munere cum gemitu tristi lacrymisque coacto;
Quippe dabat causas violentis lucra parandi,
Et mala, quae plures pridem dixere, canentes
Romano vestras vel grajo carmine laudes.
Et quo sceptra loco dederat tibi rector Olympi,
Quo caput ipse tuum primo diademate cinxit,
Hic sibi donari librorum vidit acervos,
Censibus infestos, servantes scripta dolorum:
Munera suscipiens flammis aeterna beatis, Fol. 51 v. col. 1
Ad quas accessit placidus magis omnibus aris,
Aspexit vestros radiis sol aureus ignes,
Et placuere diem violantia lumina fumo,
Quae pura fulgens accendis mente serenus,
Ipse locus vobis ostendit jure tropaea,
Obtulit et vinctos oculis domitosque tyrannos,
Ante pedes vestros mediis Circensibus actos.
Aemilius quondam Paulus, fortissimus ille,
Sic regem Persen, populo spectante latino,
Curribus invectus, Tarpejam traxit ad arcem,
Placavitque Jovem Capitolia templa tenentem:
Omnipotens sed te superûm conspexit ab arce,
Numina placantem caelestia templa tenentis.
Auspiciis gaude, Princeps, felicibus aulae!
Cui deus omniparens renovandum credidit orbem,
Justitiamque jubet descendere rursus ab axe;
Et faciles precibus populorum praebuit aures,

Quorum prostratas recreasti funditus urbes
Portibus et muris, undarum et tractibus altis.
Nunc tuto nautae repetunt hic ostia velis,
Qui dubio quondam pejora pericula ponto
Jam patrias oras tolerabant nave tenentes,
Naufragium navibus fessis statione minante,
Disjectis claustris, quibus aequor frangitur altum:
Sed nunc vota deo servati pectore toto,
Pro pietate tua, qua respicis omnia, fundunt.
Agricolas miserans dispendia saeva relaxas,
Curia perversis nam cessat moribus omnis;
Nec licet injustis solito contemnere leges:
Nunc equites horrent rectorum jussa vehentes,
Nec lucri causa commiscent sacra profanis.
Judicis ipse sedens judex caelestis imago,
Per te respondes populis oracula sancta,
Projicis et nullos, nisi qui non justa reposcunt.
Aurum non adhibes, moderantes ante solebant
Quod dare, ne liceat socios evertere furtis,
Exemploque doces quaestum contemnere turpem.
col. 2 Tirones forti numeros nunc milite complent,
Veraque non pretio, sed robore signa merentur.
Quid quod dispensas cerealia munera vitae,
Luxurie prohibens urbes cautusque futuri.
Nec sensum populis caeli paenuria praebet,
Si desint imbres, nec linquit copia victus:
Consiliisque tuis servamur saepe paternis.
Aegyptum septem sic servat Iosiphus annos
Ille, pudicitiae meruit qui sidera fama,
Cujus placavit sapientia numinis iras,
Memphitae regis solvens insomnia mira.

nam primus Nili construxerat oris,
rie prohibens urbes cautusque futuri,
ue famem potuit divina vincere cura.
er te seditio penitus deletur ab urbe,
Innocuos spolians sub terras sole retracto;
Nam cives mediis caedebant moenibus ense,
Bacchantes stimulis vini, plausuque frementes,
Et spoliis pacis gaudentes nocte paratis.
Ipse vetas ludos, animarum damna, nefandos,
Atque voluptates prohibes a sanguine sumi,
Corporis et causa pascendi perdere vitam,
Humanos arcens lacerari dentibus artus,
Dentibus, armatur rabies quibus atra ferarum.
Et superans omnes mentis novitate benignae,
Sufficis haud animo cupienti commoda cunctis
Largiri; quamvis numerum vincentia donas,
Ingenuos relevans, occulte munera praestans,
Namque cupis Superi te cerni lumine solo,
Corrupitque tuum non ulla superbia pectus,
Affectusque bonos minime fortuna novavit;
Et quicumque prius, caperes quam sceptra rogatus,
Offendit propriae temeratus crimine culpae,
Felicis domini fruitur nunc tempore laeto,
Praemia pro poenis speratis sumere mirans.
Omnia sed superat, Princeps, praeconia vestra Fol. 5a r. col. 1
Propositum sapiens, quo fidos eligis aulae
Custodes, per quos Romana potentia crescat:
Et quo, Roma vetus misit quoscumque, benigne
Sustentas, omni penitus ratione fovendo,
Provehis et gradibus praeclaris laetus honorum;
Ne damni patriae sensus fiantve dolores,

Fortunam quare tibi debent atque salutem,
Votaque suscipiunt pro te noctesque diesque.
Nec non eloquio decoratos, maxime Princeps,
Quos doctrina potens et sudor musicus auget,
Quorum Romanas munit sapientia leges,
Adsumis socios justo moderamine rerum;
Et solus doctis das praemia digna labore,
Muneribus ditans et pascens mente benigna.
Haec propter celsi dominator maximus axis,
Infestos vestris avertit ab arcibus hostes,
Quos furor injustus violato foedere movit,
Euphratis vasti prope maxima flumina raptim
Ex improviso latronum more ruentes.
Sed deus in propriam cladem converterat illos,
Consiliisque tuis justissima damna tulerunt.
Haec eadem cunctos, bello quicumque lacessunt
Imperii columen vestri pacemque, manebunt,
Ut sol oceano tollens mergensque jugales,
Cernat Anastasii florere per omnia nomen;
Utraque Roma tibi nam, spero, pareat uni,
Auxilio summi, qui conspicit omnia, patris,
Quem placas omni stabilis pietate per orbem:
Templa novans renovansque deo fulgentia semper,
Lucraque vera putans, aurum consumere juste.
col. 2 Experti nuper sumus ergo, Sceptrifer, omnes,
Quanta tuum pectus servat praesentia regis
Coelestis, propria bonitate pericula pellens.
Nam cum mole nova supra te navis iniqua
Sese cum ventis veheret velisque nefandis,
Atque salus dubiae penderet maxima vitae,
Vitae qua leges Latiae, qua cuncta tenentur,

Ipse deus pelago praesens exhausit ab alto,
Quantus adest pro te ostendens discrimine magno,
Non aliter summum solitus monstrare favorem:
Sancta pios homines testantur scripta per aevum,
In quibus historiae tales sunt mille bonorum,
Quorum sic virtus praefulserat omnibus annis,
Dextra quod eripuit divina e casibus illos,
Nec prius enituit pietas quam tecta salute,
Ex insperato dederat quam numen Olympi.
Hoc rex omnipotens in vobis ipse probavit,
Qui peperit mundum, qui lumine cuncta tuetur,
Quem recolens animo veneraris tempus in omne,
Pignoribus dignis decoratus sanguinis apti;
Nam quid commemorem Pauli mitissima corda,
Quem tibi conjungit munimen laudis honestas,
Non solum generis venerandi vincula sacra;
Nam mores sequitur mediocres pectore casto.
Ore canam quonam pietatis culmina tantae, Fol. 52 v. col. 1
Qua fratris natos animo complecteris aequo,
Non patrui tantum, sed patris more colendo;
Indole quos nutris dignos et stirpe parentum.
Hypatii vestri referam fortissima facta,
Qui Scythicas gentes ripis depellit ab Histri,
Quem vidit validum Parthus, sensitque timendum?
Quas laudes meritas Augustae dicere possim?
Auctor quae fuerat tantorum et causa bonorum;
Dum patrium munit tam firmo principe regnum,
Permittitque viro mundum seseque tuendam.
Ex omni sensus invicta cupidine prava,
Cujus fama piae vulgatur in omnibus oris;
Plus fecit quam quod sexus concesserat illi,

Provida cum tantum Romano profuit orbi.
Numen quod caelum, terram, pontumque revisit,
Ausoniis servet regnis haec munera semper,
Barbariaeque ferae capiant juga vera subactae,
Votaque firmentur populi sanctique senatus.

Expliciunt laudes sapientissimi imperatoris Anastasii,
Isaurici et Parthici et Gothici victoris,
dictae a Prisciano Grammatico.

LECTIONES VARIANTES.

Praefat. vers. 1. *quae*, Cod. — *qui*, Denisius edidit.
Vers. 3. *cum*, Cod. — *quum*, Denisius.
Vers. 6. *Nihil* — *Nil*, Cod. vitiose.
Vers. 9. *praedicat* — *praedicant*, Cod. vitiose.
Vers. 10. *ceperit* — *coeperit*, Cod. a prim. man. sed punctum τῷ *o* impositum, illud delendum indicat.
Vers. 13. *dentur*, Cod. — *dantur*, Denis.
Vers. 14. *ingeni* — *ingenii*, Cod.
Carm. Vers. 18. *penitus* — *paenitus*, Cod.
Vers. 21. *doloris* — in Cod. nonnisi *do*.... apparet, membranis margine laceris.
Vers. 26. *Vique potestatem telluris sola tenente*, sic Cod. contra metri leges ultimam longam in *sola* corripiendo. Fortasse legendum: «*Visque potestatem telluris sola tenebat.*»
Vers. 29. *inrita* — *irrita* Cod. sed e correctione primae manus *n* τῷ *r* impositum.
Vers. 32. *raptorum tempore regum*, Cod. — fortasse legendum: «*ruptarum tempore legum.*»
Vers. 40. *praebet* — *prebet*, Cod.
Vers. 42. *castus* — in Cod. a prima manu inter lineas additum.
Vers. 46. *Antoninum* — *Antonium* Cod. addito inter lineas *n*, a prima manu.
hujus — in Cod. a prima manu inter lineas additum.
Vers. 50. *tot* — in Cod. a prima manu inter lineas additum.
Vers. 57. *adnuit* — in Cod. nonnisi ..... *uit* apparet.
Vers. 62. *minantes* — *manentes*, Cod. sed τῷ *a*, *i*, et τῷ *e*, *a*, ab ipsa prima manu impositum est.
Vers. 64. *ductoresque* — *ducturesque*, Cod.
Vers. 90. *quantas* — *quantis*, Cod. quasi *quantae* voluerit, sed textus *quantas* poscit.
Vers. 96. *corrupit* — *corrumpit*, Cod. sed τὸ *m* punctis transfixum.
Vers. 108. *classis* — *classes*, Cod. imposito *i* τῷ *e* a prima manu.
Vers. 122. *terrae* — *terraeq.* Cod. sed τὸ *q* ab ipsa prima manu deletum.

Vers. 157. *thesauris — thesauri*, Cod. addito *s* inter lineas.

Vers. 165. *scripta — scribta*, Cod.

Vers. 178. Quae sequuntur, usque ad vers. 294 in Cod. ab alia manu coaeva scripta sunt.

Vers. 186. *repetunt hic — repetunt vix*, Cod. quod sensum idoneum haud praebet.

Vers. 200. *projicis — proicis*, Cod. contra metri leges.

Vers. 236. *propriae — proprię*, Cod. ę caudatum, quod vocant nonnisi h. l. et infra vers. 306 in Cod. nostro locum habet.

Vers. 242. *Et quo — Et quod*, Cod. sed τὸ *d* puncto transfixum.

Vers. 294. Hic prior manus redit.

Vers. 306. *piae — pię*, Cod. vid. supr. ad vers. 236.

Vers. 311. *Barbariaeque ferae capiant juga verę*, Cod. *Bærbaricaeque ferae capiant juga vestra*, Denis.

COMMENTARIUS

IN

PRISCIANI GRAMMATICI

DE

LAUDE IMPERATORIS ANASTASII

CARMEN.

Ad Praefationem. Praefationem a *Denisio* beatae memoriae, in *Catalogo Codd. mss. theolog. lat. biblioth. Caes. Vindob. tom. I. col.* 635: integram esse editam, in prooemio monuimus.

Inscriptio. In Cod. a prima manu, et in margine a manu recentiori repetita.

Vers. 1. «*quae solent*» sic Cod. Denisius «*qui*» edidit, et «*quium*» conjicit.

Vers. 5 — 6. Conferri meretur *Plinii in exordio Panegyrici Trajani* locus: «Aptum piumque est te Jupiter optime maxime.... pre«cari; ut mihi digna consule, digna senatu, digna principe contingat «oratio: utque omnibus, quae dicentur a me, libertas, fides, veritas «constet: tantumque a specie adulationis absit gratiarum actio mea, «quantum abest a necessitate..... Nusquam ut Deo, nusquam ut nu«mini blandiamur: non enim de tyranno, sed de cive, non de domi«no, sed de parente loquimur..... Quantum ad me pertinet, labo«rabo, ut orationem meam ad moderationem principis modestiamque «submittam, nec minus considerabo, quid aures ejus pati possint, «quam quid virtutibus debeatur. Magna et inusitata principis gloria, «cui gratias acturus, non tam vereor, ne me in laudibus suis parcum, «quam ne nimium putet.»

Vers. 11 — 16. Sic inquit *Corippus Johannid. Lib.* 1. *v.* 23 loco mutilo:

«Oraque per centum producant pectora cantus:
«Non mihi sufficerent sensus, non omne canenti
«Ingenium lati volitans per devia mundi,
«Summatim illa canam, summis et laudibus apta.»

Conferendum cum his etiam exordium elegantissimae orationis panegyricae *Procopii Sophistae Gazaei, a Villoisonio e codice Veneto d. Marci nro.* 428 *in Anecdotis graecis tom. II. pag.* 28 *et seqq.* editae, qua idem Imperator Anastasius celebratur.

Vers. 17 — 18. «Quosdam solet commendare materia: et aliquo«tiens fortasse lectorem solum lemma sollicitat tituli; ut festivitate per«suasus, et ineptiam ferre contentus sit.» *Ausonius parental. praefat.*

Vers. 6. Anastasium praeter omnem spem e Silentiario Imperatorem renuntiatum fuisse, innuit.

Vers. 10 — 15. Anastasium obscuro loco natum, Pompeji Magni nepotem fingunt poetae; *Priscianus* noster h. l. et *Christodorus* in ecphrasi statuarum in Gymnasio Zeuxippi vers. 398 — 406. apud *Brunckium in Analect. graec. tom. III.* pag. 471:

«*Καὶ πρόμος εὐπαμάτων Πομπήϊος Αὐσονιήων*,
«*Φαιδρὸν Ἰσαυροφόνων πειμήλιον ἠνορεάων*,
«*Στειβομένας ὑπὸ ποσσὶν Ἰσαυρίδας εἶχε μαχαίρας*,
«*Σημαίνων ὅτι δοῦλον ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα Ταύρου*
«*Εἵρυσεν, ἀῤῥήκτῳ πεπεδημένον ἄμματι νίκης.*
«*Κεῖνος ἀνὴρ, ὃς πᾶσιν ἴην φάος, ὃς βασιλῆος*
«*Ἠγαθέην ἐφύτευσεν Ἀναστασίοιο γενέθλην.*
«*Τοῦτο δὲ πᾶσιν ἔδειξεν ἐμὸς σκηπτοῦχος ἀμύμων*,
«*Δῃώσας σαπέσσιν Ἰσαυρίδος ἔθνεα γαίης.*»

quos versus *Hugo Grotius Anthologiae graecae ab Hieron. Bosschio editae, Libr. V. tit. I. epigr. 71. tom. III. pag. 40* sic interpretatur:

«Pompejum spectate ducem, qui tela gubernans
«Ausonidum, domitis peperit sibi nomen Isauris;
«Hinc pede barbaricas calcat victore machaeras.
«Hic famulare jugum magnis cervicibus alti
«Imposuit Tauri, legesque inscripsit heriles.
«Hic quondam jubar orbis erat, de sanguine cujus
«Fluxit Anastasii divini principis ortus.
«Jam dedit auctorem Magni se gente creatum
«Sceptriger, ipse etiam nam vim perfregit Isaurum.»

Nomen Pompeji in Anastasii familia obvium, et victoria de Isauris parta, lepidae sive aulicorum, sive poetarum adulationi occasionem praebuisse videtur. Isauros a Pompejo Magno victos, a nullo scriptorum memoriae proditum est, imo Priscianus gentem hanc indomitam in Tauri collibus altis a Pompejo relictam fuisse affirmat; Christodorus autem fingit, Pompejum gladios pedibus calcare, quod de victoria Isaurica Pompeji Magni, quem cum de piratis Cilicibus triumpharet, etiam de Isauris, quorum regio huic provinciae proxima, (vid. *Strabonem libr. XIV. cap. 3. et Florum Libr. III. cap. 6*) victoriam reportasse, laxa nominum interpretatione sumit, interpretatur; festivam nactus occasionem laudandi Anastasium, quem Isauros debellasse constat. Vid. quae notantur ad vers. 52 — 65. et cfr. *Gronovium ad Stephanum Byzantinum edit. Amst. 1725 pag. 335. Luc. Holstenium ad eundem auctorem Lugd.*

Batav. 1692 *pag.* 261. *Fabricium ad Dionem Cassium Libr. XLVIII. edit. Reimar. Hamburg.* 1750 *tom. II. pag.* 880 *et Jakobsium ad Anthолog. graec: tom. X. pag.* 325. Eundem Christodorum Anastasii de Isauris triumphum, Isauricorum libris sex cecinisse, *Suidas voce* Χριστόδωρος *edit. Küst. Cantabrig.* 1705 *tom. II. pag.* 688 *narrat:* «Χριστόδωρος Πανίσκου, ἀπὸ Κόπτου πόλεως τῆς Αἰγύπτου, ἐποποιός, ἤκμαζεν ἐπὶ τῶν Ἀναστασίου βασιλέως χρόνων. ἔγραψεν Ἰσαυρικὰ ἐν βιβλίοις ς'. ἔχει δὲ τὴν Ἰσαυρίας ἅλωσιν, τὴν ὑπὸ Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως γενομένην.» «Christodorus Panisci «filius, ex Copto urbe Aegypti, poeta epicus, floruit temporibus Ana«stasii imperatoris. Scripsit Isaurica libris sex, continent autem Isau«riae expugnationem, ab Anastasio imperatore factam.» Alia ejusdem carmina in laudem Flavii Joannis, quem *Procopius Caesareensis de bello persico Libr. III. cap.* 30. Flavii Pompeji, Anastasii e Flavio Hypatio fratre nepotis, filium fuisse innuit, a Planude servata sunt, et infra ad vers. 289—308. ubi de Anastasii familia ex instituto disputamus, recitantur.

Vers. 17. Isauris bello petitis in montes asperos et expugnatu difficiles fugere, solenne fuit. Sic Valentis imperatoris exercitum eluserunt, teste *Zosimo Libr. IV. cap.* 20. *edit. Reitemeier. Lips.* 1784 *pag.* 311. Causisoleus Aegyptius dux Romanorum missus a Gallieno adversus Trebellianum Isauriae principem, (qui, cum alii archipiratam eum vocassent, ipse se imperatorem appellavit, monetam cudi jussit, palatium in arce Isauriae constituit, atque cum se in intima et tuta Isaurorum loca, munitus difficultatibus locorum et montibus contulisset, aliquamdiu apud Cilices imperavit), tyrannum quidem ad campum deductum proelio vicit et occidit, neque tamen postea Isauri, timore, ne in eos Gallienus saeviret, ad aequalitatem perduci, quavis principum humanitate potuerunt; adeo ut provincia a Romano imperio avelleretur, teste *Trebellio Pollione in trigint. tyrann. cap.* 25 *inter Script. hist. august. a Salmasio edit. Paris.* 1620 *pag.* 197 hinc «post Trebel«lianum pro barbaris habentur; et cum in medio Romani nominis so«lo regio eorum sit, novo genere custodiarum, quasi limes includitur, «locis defensa non hominibus; nam non sunt statura decori, non vir«tute graves, non instructi armis, non consilio prudentes; sed hoc «solo securi, quòd in editis positi adiri nequeunt.» Sic etiam Probus imperator, cum quaedam Isauriae loca peragrasset; «facilius esse ab «istis locis latrones arceri, quam tolli» dixit, teste *Flavio Vopisco in Probo cap.* 16. *Script. hist. august. edit. cit. pag.* 239. Isaurorum mores bellicos, et difficultates, quibuscum Romanis, eos a finibus suis

arcere tantum, ne dicam e sedibus propriis tollere volentibus, luctandum fuerit, optime docet *Ammianus Marcellinus*, qui *Libr. XIV. cap. 2. edit. Wagner et Erfurdt. Lipsiae* 1808 *tom. I. pag. 4 et seqq.* belli a Romanis, Constantio et Gallo Caesaribus, adversus eos gesti historiam multis describit. *Cfr. etiam Libr. XIX. cap.* 13. *edit. cit. pag.* 200 *et Libr. XXVII. cap.* 9 *p.* 452. *Zosimum Libr. V. cap.* 25. *edit. cit.* 454 *et Dionem Cassium Libr. LV. cap.* 28. *edit. cit. pag.* 801. *Sozomenum Libr. VIII. cap.* 25. *inter Script. hist. eccles. a Reading. edit. Cantabrig.* 1720 *tom. II. pag.* 358 *et Philostorgium Libr. XI. cap.* 8. *ibid. tom. III. pag.* 542. Cum his comparandus elegans *Procopii Gazaei apud Villoisonium op. cit. tom. II. pag.* 35 *seq.* locus, qui sic habet: «*Τὴν Κιλικίαν προσοικοῦσι δύσμαχοί τινες ἄνθρωποι, Σο-*
«*λῶν ἔθνος, ἀπὸ θαλάττης ἀνατρέχον εἰς ἤπειρον. οὗτοι τοίνυν,*
«*ὥσπερ οὐ δυνάμενοι μένειν εὐδαίμονες, ὑψοῦ τε αἴρουσι τὸν*
«*αὐχένα, καὶ φρονοῦσί τι γαῦρον κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ*
«*δυστυχεῖν ἀλάζονες ὑπῆρχον. μάλιστα δὲ τούτους ἐπίνει, καὶ*
«*θαῤῥεῖν ἐδίδου παρὰ καιρὸν, ἥ τε χώρα, δυσάλωτον παρεχομένη*
«*τὴν φύσιν· ἄκρα γὰρ ἐνταῦθα παντοδαπὰς κορυφὰς εἰς αὐτὸν*
«*ἀνατείνουσα τὸν αἰθέρα· καὶ μέντοι καὶ τῶν ἀνδρῶν ἡ πρὸς τὰ*
«*τοιαῦτα μελέτη. εὐσταλεῖς γὰρ οὗτοι, καὶ κοῦφα βαίνοντες, καὶ,*
«*ὥσπερ πτηνοὶ, τοῖς ὄρεσιν ἐποχούμενοι. ὅθεν ἐπαρθέντες, τὴν*
«*καθ' ἡμῶν συνίστανται στρατηγίαν· καὶ ἦγόν τε καὶ ἔφερον τὰ*
«*τῶν προσοικούντων, καὶ δεινῶς ἠπείλουν, κόμπῳ ῥημάτων*
«*ἐπηχοῦντες. βασιλείων δὲ ἦν αὐτοῖς προσταγμάτων, ἐπ μὴ προς-*
«*ηκόντων στρατηγῶν τε ὄχλος, καὶ ἡ λοιπὴ παρασκευή· καὶ*
«*ταῖς ἐλπίσιν ἦσαν λαμπροί· ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς, ὁ μὲν Ἀγαμέμ-*
«*νων ἐξαίφνης εἶναι δοκεῖ· ὁ δὲ φέρει τὴν Ἀχιλλέως εἰκόνα τῷ*
«*σχήματι· καὶ ἄλλος ἄλλου μεμίμηται, πτωχοί τινες καὶ ἀνέστιοι·*
«*εἶτα πέρας τῷ δράματι, καὶ ἡ σκηνὴ διαλύεται.*» «Ciliciam acco-
«lunt viri quidam vix expugnabiles, Solorum gens, a mari protensa
«in continentem. Hi igitur, secundam utpote fortunam ferre non va-
«lentes, in altum tollunt cervicem, et insolentia moliuntur adversus
«Romanorum imperium, et infelix illud fore venditant. Maxime vero
«hos movebat, et consueto audaciores reddidit; et regio expugnatu
«difficilem nacta naturam, cacumina enim varios vertices in ipsum
«aërem elevant, virorumque simul conveniens his exercitatio; commo-
«de enim vestiti, et leviter incedentes, tanquam volucres per montes
«vehuntur. Inde moventes, nobis insidias struunt, accolarum res ra-

«pere et efferre solent, et horrendum minantur, insolentia vociferan-«tes. Mandatorum imperatoriorum a non convenientibus belliducibus «erat iis multitudo et reliquus apparatus, et spe erant illustres; quem-«admodum in scena hic repente Agamemnon esse videtur, ille Achillis «imaginem praesefert, alius iterum alium imitatione exprimere cona-«tur, — mendici quidam et foco carentes; dein finis dramati et sce-«na dissolvitur.» Isaurorum celeritas celebratur in epigrammate veteri a *Luca Holstenio in notis ad Stephanum Byzantinum pag.* 148 citato, ubi eorum nominis ratio haec redditur:

«αὔραις ἴσα θέουσιν, ὅθεν λάχον οὔνομα τοῦτο»

et eorum montes in proverbium abiisse videntur, si quidem *Synesius in epist.* 48 *ad Pylaemenem edit. Petav. Paris.* 1633 *pag.* 187 scribit: «παλῶς ποιεῖς εἰς τὴν ἔχουσαν τὸν βασιλέα πόλιν ἐπανελθών, «εἰ γὰρ καὐτοῖς Ἰσαύρων ὄρεσιν ἡ ἀγαθή σοι τύχη συνῆν, ἀλλ' «ἔστιν εὐτυχία παρὰ τὸν τόπον ἀτυχεστέρα.» «Quod ad regiam te «civitatem confers, bene facis; tametsi enim vel inter Isaurorum mon-«tes prospera fortuna utereris, nihilominus felicitas ipsa propter locum «infelicior est.» *Cfr. Casp. Barthium ad Claudianum in Eutrop. Libr. I. vers.* 217.

Vers. 18. Vid. infra ad vers. 52—65.

Vers. 19. Tarasicodisae Rusambladisae Isauri filii, qui adoptato Zenonis nomine, ante Anastasium Romanis imperavit, tempora tangit. Vid. *Candidum Isaurum apud Photium cod.* 79 *edit. Bekker Berolin.* 1824 *pag.* 55 *et Anonymum de gest. Const. pag.* 477. Zenoni gens haec, tum ob genus, tum ob auxilium in bello adversus Verinam socrum gesto, (vide *Procopium Caesar. de bello persico Libr. I. cap.* 7. *edit. Paris. pag.* 195. *Theophanem chronograph. edit. Paris. pag.* 106, 107. *Malelam chronogr. Libr. XV. edit. Venet. pag.* 33, 34) gratissima fuit.

Vers. 20—37. Isauros et provincias et metropolim imperante Zenone afflixisse, constat. Hinc altero statim imperii sui anno ab Anastasio «διὰ πολλὰς ἀτοπίας» «ob plurima flagitia,» ut ait *Theophanes* (vid. infr. ad vers. 52—65.) *et Theodorus Lector Libr. II. Script. hist. eccles. edit. cit. tom. III. pag.* 572, ex urbe ejecti; *et Evagrius Libr. III. cap.* 35 *edit. cit. tom. III. pag.* 369, capita ducum Isaurorum, quae postquam gentem bello superasset Anastasius, in suburbio Constantinopoleos suspensa fuisse narrat; «ἡδὺ θέαμα τοῖς Βυζαντίοις «ἀνθ' ὧν παθῶς πρὸς Ζήνωνος καὶ τῶν Ἰσαύρων ἐπεκόνθεσαν» «gratum spectaculum Byzantinis ob mala, quae a Zenone et ab Isau-«ris perpessi fuerant,» praebuisse dicit. Locum parallelum *Procopii Gazaei*, quem de Arabibus Scenitis, Palaestinam vastantibus, imprimis

interpretandum censet *Villoisonius op. cit. tom. II. pag.* 33 vid. infra ad vers. 254 — 260. Cfr. etiam ad vers. 135 — 136. Isaurorum scelera Imperatoribus Honorio et Theodosio tanta visa sunt, ut in ipsos sacris quoque diebus animadvertendum statuerent: «Provinciarum ju«dices moneantur, ut in Isaurorum latronum quaestionibus nullum «Quadragesimae, nec venerabilem Pascharum diem existiment exci«piendum: ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quae per «latronum tormenta quaerenda est; cum facillime in hoc summi numi«nis speratur venia, per quod multorum salus et incolumitas procura«tur.» *Cod. Theodos. edit. Marvill. Lugd.* 1665 *tom. III. pag.* 255.

Vers. 38. «*Cladibus.*» Clades de quovis malo et miseria; sic *Ovidius metamorph. Libr. VIII. vers.* 561 *seq.* de pestilentia:

«Nec moderator adest, inque ipsos saeva medentes
«Erumpit clades.»

et Livius Libr. XXI. cap. 57: «Neque ulla praetermissa clades est; «adeo omnis libidinis crudelitatisque et inhumanae superbiae editum «in miseros est exemplum.»

Vers. 38 — 40. *Procopius Gazaeus op. cit. pag.* 29. Anastasium: «*πάσης γῆς καὶ θαλάττης κοινὸν εὐεργέτην*» «omnis terrae maris«que communem benefactorem,» alio mox loco, «*θεὸν ἐκ μηχανῆς*» «Deum e machina» appellat. «*Οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων*» inquit op. cit. pag. 32 (dixerat autem in prioribus de summa temporum sub Anastasii antecessoribus infelicitate,) «*καὶ πάντων ἀκειρηκότων ταῖς «συμφοραῖς, ὥσπερ θεὸς ἐκ μηχανῆς ἀναφανεὶς, χεῖρα προὔτεινεν «ἐλευθέριον· κἀκεῖνα πέρας εἶχεν· ἡ δὲ τῶν πραγμάτων ἀχλὺς «διελύετο. δόγμα τι θεῖον ὡς ἀληθῶς ἐκ σοὶ τὸν ψῆφον ἐκίνει· «καὶ ὥσπερ ἐκ μιᾶς γνώμης ὁ δῆμος ἅπας ἐβόα. μεγάλη βουλὴ «προσετίθετο. βασιλὶς ἐκένευεν· ἡ δὲ ψῆφος ἐφέρετο. αὕτη τῆς «ἡμετέρας εὐδαιμονίας ἀρχὴ καὶ κατάστασις πρώτη. τοῦτο πᾶσαν «ἤγειρε πόλιν ταῖς εὐπραγίαις. ἐντεῦθεν ἀνεμάξει τὰ καθ' ἡμᾶς, «καὶ μεταβέβληται· καὶ τῶν λυπούντων λόγος οὐδείς.*» «His ve«ro sic se habentibus, et ob has calamitates despondentibus cunctis «animum, tu tanquam Deus e machina apparens, manum protendebas «liberatricem, cessaruntque ista, et rerum caligo dissoluta est. Decre«tum aliquod divinum verissime de te calculum movebat, et tanquam «ex una sententia universus populus clamabat, senatus se adjunxit, «imperatrix annuit, et sors jacta est. Hoc nostrae felicitatis initium et «stabilitio prima. Hoc omni urbi prosperum evenit, ex eo enim res

«nostrae florent, et in melius mutatae sunt, et affligentium ratio nulla «superest.»

Vers. 39. *Procopius Gazaeus op. cit.* 34: «σὲ πατέρα καλεῖ» «te «patrem nominat» exercitus nempe, et alibi pag. 36: «οἷα πατὴρ «ἀγαθὸς, ὡς σεαυτὸν ἐκάλεις» «tanquam pater bonus, quemadmo- «dum te ipsum nominasti.» Sic etiam *Plinius loc. ad praef. vers.* 5—6. *cit.* «non enim de tyranno sed de cive, non de domino sed de pa- «rente loquimur.» Domini dicebantur imperatores, quanquam nomen invisum post Augustum rejecerit et Domitianus, modo delatum cupidissime exceperit. *Statius sylvar. Libr. I. carm. VI. vers.* 83.

«Et dulci dominum favore clamant,
«Hoc solum vetuit licere Caesar.»

Cfr. Dempsterum ad Corippi Panegyr. Justin. Libr. II. vers. 2 *edit. Rom.* 1777 *pag.* 192.

Vers. 42. De Anastasii justitia vid. infr. ad vers. 43 et ad vers. 196, ejus castitatem celebrat *Procopius Gazaeus op. cit. tom. II. pag.* 42 *seq.* «οὐ μόνον γὰρ ἡμῖν τὰ βέλτιστα διὰ τῶν νόμων νομοθετεῖς, ἀλλὰ «καὶ τὸν σὸν βίον, νόμον ἔμψυχον καὶ παράδειγμα πρὸς σωφροσύ- «νην, τοῖς ἀρχομένοις ἀπέδειξας· φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον «πρὸς τὴν τῶν ἀρχόντων ἀπεικάζεσθαι γνώμην. μίαν γὰρ σύνοι- «κον πεποίησαι, κοινωνὸν βίου καὶ βουλευμάτων, ἣν σοι μετὰ «τῆς βασιλείας ἡ Τύχη δεδώρηται. εἰ δέ τις ἄλλη καλή τισι δο- «κεῖ, καὶ λόγος ἐπ' αὐτῇ κινεῖται πολὺς, αὐτή σοι πάντως με- «τὰ τῆς Ἑλένης ἠγνόηται. δεινὸν γάρ σοι δοκεῖ, τοσούτων μὲν «ὑπηκόων κρατεῖν, δουλεύειν δὲ ταῖς ἡδοναῖς, τὴν πάντων ἀτο- «πωτέραν δουλείαν, καὶ τὴν ἐξουσίαν ὕλην ἀσελγείας ποιεῖσθαι.» «Neque per leges solum nobis optima quaeque constituisti, sed et vi- «tam tuam legem vivam et exemplar omnis virtutis subditis exhibes; «amant enim fere subditi mores suos ad exemplar principum compo- «nere. Unicae igitur conjugi cohabitas, vitae et consiliorum consorti, «quam tibi cum imperio fortuna donavit; et si alia quaedam mulier «pulchra nonnullis videtur, creberque ob eam sermo movetur, tibi «una cum Helena penitus ignota est: turpe enim tibi videtur tot sub- «ditis imperare, ipse autem voluptatibus, quae maxime absurda om- «nium servitus, subditum esse, et potestatem libidinis materiam fa- «cere.» Ceterum cfr. Villoisonium ad h. l. et quae infra ad vers. 289 —308 de Anastasii filio notho observantur.

Vers. 43. De Anastasii justitia et clementia *Procopius Gazaeus op. cit. pag.* 42: «πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις, καὶ τῷ κροσιόντι φιλ-

«ἀνθρωπον ὑπέχεις τὴν ἀκοὴν, καὶ διαλέγεταί τις ἀδεῶς περὶ «τῶν προσηκόντων, ὁρῶν ὡς τὸ τῆς ἀξίας ὑψηλὸν, σοβαρὸν «οὐδὲν ἐπιδείκνυται· ὅπερ Παυσανίαν τὸν Σπαρτιάτην ἀπειροπά- «λως εἰς ἀλαζόνειαν ἐπῆρεν, ὑπὸ Περσικῆς τρυφῆς ἐλεγχόμενον. «σὺ δὲ λέγεις τε φιλανθρώπως, καὶ λεγόντων ἀκούεις· βλέμμα «δὲ δεινὸν καὶ φρόνημα μέγα κατὰ τῶν βαρβάρων καὶ τῶν ἀδι- «κούντων, τετήρηται. καὶ δικάζεις μὲν ἡμῖν εὐμενῶς· νομοθετεῖς «δὲ τὰ προσήκοντα· καὶ διὰ τὸν σὸν ἔννομον φόβον, δίκαια μὲν «τὰ συμβούλαια· σώφρονες δὲ τοῖς ὑπηκόοις οἱ γάμοι· γνήσια «δὲ τὰ γένη· καὶ οὐκ ἀμφίβολοι τοῖς πατράσι διὰ τὴν ὑποφίαν «οἱ παῖδες.» «Ceterum accedentes benigne auscultas, et colloquun- «tur nulla formidine de convenientibus negotiis; dignitatis fastigium «considerantes, arrogantiam vero nullam conspiciunt; quod quidem «Pausaniam Spartanum insolentem reddidit, pulchri ignarum et de «persico fastu reprehensum. Tu vero dicisque humaniter et loquenti- «bus auscultas, oculum vero horrendum et magnum animum barbaris «servas et injustis. Judicia nobis dicis justa, et leges fers congruas, «et propter legitimum tui timorem, justa consilia, et incontaminatae «subditis nuptiae, genuini partus, et nulla suspicione dubiae patribus «proles.» — Sic etiam *Corippus Panegyr. Justin. Libr. I. vers.* 54 de Justiniano:

«Prudens consilium, stabilis mens, sancta voluntas.»

Vers. 45—49. Noster Anastasium optimis Romanorum imperatoribus, *Procopius Gazaeus op. cit. pag.* 43, Cyro, Agesilao, Alexandro magno, et alibi pag. 38 Aristidi et Pausaniae comparat.

Vers. 49:

«πάντα δ' ὑπὸ σκήπτροισιν Ἀναστασίοιο τελέσσω,
«ὅν καὶ Τραϊάνοῖο φαάντερον ἤγαγεν Ἠώς.»
«Totus Anastasio faciam mox pareat orbis,
«Quem suo majorem Trajano conspicit Eos.»

Poeta anonymus in Brunckii Analect. graec. tom. III. pag. 276. vid. infr. ad vers. 310. Principibus novis acclamare solenne fuit: «Felicior «Augusto, melior sis Trajano!» Vid. *Joannem Sarisberiensem Policrat. Libr. V. cap.* 8. *et Rittershusium ad Corippi Panegyr. Justin. Libr. II. vers.* 27.

Vers. 52—65. Belli Isaurici historiam narrat *Theophanes chrono. ad ann. Chr.* 492, *pag.* 117. «Τούτῳ τῷ ἔτει βασιλεύσαντος Ἀνα- «στασίου τοῦ Δυρραχιτιάνου τοῦ Δικόρου ἐστασίασε κατ' αὐτοῦ ὁ

«Λογγῖνος ὁ Ζήνωνος ἀδελφὸς, ὃν χειρωσάμενος ἐπ' Αἴγυπτον «πέμπει ἐξόριστον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ ἐπέλευσε χειροτονηθῆ- «ναι αὐτὸν πρεσβύτερον. ἑπταετίαν δὲ ἐπιβιοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, «ἐτελεύτησεν. ὑποφίαν δὲ ἔχων καὶ περὶ Λογγῖνον τὸν μάγιστρον «ὁ βασιλεὺς, καὶ τοὺς ἐπιδημοῦντας Ἰσαύρους, παύει τὸν Λογγῖ- «νον τοῦ μαγιστηρίου.» «Hoc anno cum Anastasius Dicorus Dyrra- «chiensis imperaret, Longini Zenonis fratris insidias et seditionem «perpessus est: eumque mox in potestatem accipiens, Alexandriam «Aegypti mittit exulem, et presbyterum jubet ordinari. Ille septennio «Alexandriae superstes, mortem obiit. Imperator vero Longinum magi- «strum et advenas Isauros habens suspectos, Longinum magisterio ab- «rogavit.» *Idem ad ann. Chr.* 493. *pag.* 118. «Τούτῳ τῷ ἔτει Ἀνα- «στάσιος ὁ βασιλεὺς τοὺς ἐν πτ. Ἰσαύρους διὰ πολλὰς ἀτοπίας «ἐδίωξεν, οἳ ἐξελθόντες τυραννίδα ἐμελέτησαν. Λογγῖνος δὲ ὁ «ἀπὸ μαγίστρων συλλαβὼν τούτους τε καὶ ἄλλην δυνάμιν βαρ- «βάρων, καὶ λῃστῶν, ὡς δεπακέντε μυριάδας, ὅπλων τε καὶ χρη- «μάτων εὐπορίᾳ θαῤῥῶν ἐν Ἰσαυρίᾳ παρὰ Ζήνωνος τεθειμένων, «παραγίνεται εἰς τὴν τῶν Ἰσαύρων χώραν, ἐνδεδωκότος τοῦ βα- «σιλέως τὴν ἔξοδον, καὶ τοιγε ὑποτοπάζοντος τὴν ἐπίθεσιν. πα- «ραῤῥῆμα δὲ ἐπανίσταται, καὶ μέχρι Φρυγίας, καὶ τοῦ Κοτυαίου «χωρεῖ, πόλεις τε πολλὰς λῃζόμενος, πλὴν οὐκ αὐτὸς ἡγούμε- «νος τοῦ στρατεύματος. Νινίλιγγις γὰρ ἦν ὁ τῆς Ἰσαυρίας ἡγε- «μὼν ἐπὶ Ζήνωνος κατάστὰς ἀνὴρ θρασύτατος, καὶ Ἀθηνόδωρος «ἁπλούστατος ἄνθρωπος εἷς τῶν συγκλητικῶν, καὶ Κόνων ὁ τῆς «Ἀπαμείας ἐπίσκοπος, καταλιπὼν μὲν τὸν θρόνον, εἰς ὁπλίτην δὲ «καὶ στρατηγὸν ἐξ ἱερέως μεταξάμενος. τούτοις ἀνθίσταται στρά- «τευμα ῥωμαϊκὸν Ἀναστάσιος, ἡγουμένου ὄντος Ἰωάννου τε τοῦ «Σκύθου, τοῦ τὴν Ἴλλου καὶ Λεοντίου τυραννίδα κατελόντος, «καὶ Ἰωαννου τὸ ἐπίκλην Κυρτοῦ, ἀμφοτέρων τοῦ Θρᾳκῴου «στρατεύματος ἡγουμένων, καὶ Διογένους (οὗτοι κόμητες σχολῶν «τυγχάνοντες) καὶ ἑτέρων τινῶν ἐπαινετῶν ἀνδρῶν. μάχης δὲ πε- «ρὶ τὸ Κοτυαῖον γενομένης, Νινίλιγγις μὲν ὁ στρατηγὸς ἀποσφάτ- «τεται. μικροῦ δὲ τὸ πλεῖστον Ἰσαυρικῶν ἀπολλυμένων μόλις «ἐπὶ τὰ σφέτερα διεσώθη. καὶ εἰ μὴ περὶ τὰ σπύλλα τοῖς Ῥω- «μαίοις γέγονε σχολὴ, τελείως ἂν ἐπράτησαν τοῦ πολέμου. ἀλλ' «ἐκείνων ἐν τούτοις ἀποσφαλέντων, φρουρίου τινὸς ἐπὶ τῆς ἄκρας

«τοῦ Ταύρου πρατήσαντες οἱ Ἴσαυροι τρίτον ἔτος ἤρπεσαν πολε-
«μοῦντες ὠχυρωμένοι τῇ θέσει τῶν ὑπὲρ τοῦ Ταύρου πολισμάτων
«τε καὶ φρουρίων.» «Hoc anno Anastasius imperator Isauros Con-
«stantinopoli commorantes, ob pleraque foeda ab illis commissa fla-
«gitia ex urbe ejecit: qui post discessum tyrannidem excitare sunt mo-
«liti. Longinus vero exmagister, istis cum ingenti barbarorum ac prae-
«donum multitudine ad centum et quinquaginta millia collectis, et ar-
«morum atque pecuniarum, quas Zeno in Isauria reposuerat copiis
«fretus, in Isaurorum provinciam contendit, vel ipso imperatore pro-
«fectionem permittente, vel certe invasionem suspicante. Confestim
«Longinus rebellionem exequitur, et in Phrygiam usque et Cotyaeum
«cuncta occupat loca, civitatesque plurimas devastat, ducem licet exer-
«citus non se gereret. Ninilingis enim Isauriae praefectus a Zenone
«olim constitutus, vir audacissimus, aciem regebat, et Athenodorus
«vir simplicissimus ex ordine senatorio, et Conon Apameae episcopus,
«qui relicta sede, ab episcopo in militem armatum mutatus, inter co-
«piarum ductores expeditionem susceperat. Cunctis istis, Joanne Scy-
«tha, qui Illi Leontiique tyrannidem dissiparat, et altero Joanne, co-
«gnomine Gibbo, utroque Thracicarum copiarum praefecto, et Dio-
«gene (erant Illi scholarum comites), et aliis quibusdam viris egregiis
«ducibus institutis, Romanorum exercitum opponit Anastasius. Proe-
«lio ad Cotyaeum conserto, dux Ninilingis necatur; cetera vero Isau-
«rorum manus majori ex parte ad internecionem caesa, vix locum quo
«eruperat, recepit; ac nisi Romanus exercitus in spoliis colligendis
«tempus inutiliter expendisset, plenam ex hoc bello victoriam repor-
«tabat: sed dum in his incaute detinentur, Isauri munitissimam in Tauri
«summitate obtinentes arcem, bellum usque in tertium annum protra-
«xerunt, oppidorum atque arcium in Tauro monte constitutarum situ
«opportuno muniti.» Porro *idem ad ann. Chr.* 494 *pag.* 119. «Τούτῳ
«τῷ ἔτει ληφθείσης Κλαυδιουπόλεως ὑπὸ Διογένους τῆς μετα-
«ξὺ τῶν δύο Ταύρων ἐν πεδίῳ κειμένης, οὐκ ἐνεγκόντες Ἰσαύ-
«ροι καταβαίνουσι τοῦ Ταύρου, καὶ ἐπὶ πολὺ πολιορκοῦσι τὸν
«Διογένην, ὡς καὶ λιμῷ κινδυνεῦσαι, καὶ φθαρῆναι τὸ στρά-
«τευμα. πλὴν Ἰωάννης ὁ Κυρτὸς ὑπερβὰς τὰ στενὰ τοῦ Ταύ-
«ρου, καὶ τοὺς φύλακας ἑλὼν, αἰφνιδίως αὐτοῖς ἐπιστὰς, διέ-
«φθειρε τὸ στράτευμα τῶν πολιορκούντων, ὑπεξελθόντος καὶ
«Διογένους. τότε καὶ Κόνων ἐπίσκοπος πληγεὶς μετὰ βραχὺ τε-
«λευτᾷ, καὶ γίνεται Ῥωμαίοις αὕτη δευτέρα καὶ μεγάλη νίκη.»
«Hoc anno Claudiopolim inter utrumque Taurum in planitie positam,

«a Diogene captam, non ferentes Isauri, descendunt e Tauro, et Dio-«genem adeo pertinaciter obsidione vallant, ut totus fame perire, et «extrema internecione deleri, periclitaretur exercitus. Verum Joannes «cognomento Gibbus, superatis Tauri angustiis, prehensisque excubiis, «improvisus adveniens, et una simul Diogenes irruptionem faciens, «hostium, urbem obsidentium, copias omnes prostravit. Ibidem Conon «episcopus vulnere accepto brevi postmodum spatio moritur, et fit «Romanis secundae et maximae accessio victoriae.» *Et ad ann. Chr.* 496. *pag.* 120. «*τοῦτῳ τῷ ἔτει Ἰωάννης ὁ Σκύθης πολιορκῶν παρέ-«λαβε τόν τε Λογγῖνον τὸν ἀπὸ μαγίστρων, καὶ Λογγῖνον τὸν «Σελησούντιον, καὶ Ἀθηνόδωρον, καὶ τοὺς λοιποὺς τυράννους. «καὶ τούτους ἀποτεμὼν, τὰς κεφαλὰς αὐτῶν εἰς τὸ Βυζάντιον «ἐπεμψεν Ἀναστασίῳ τῷ βασιλεῖ.*» «Hoc anno Joannes Scytha post «diuturnam obsidionem tandem Longinum Exmagistrum et Longinum «Selinuntium, atque Athenodorum ceterosque tyrannos cepit, et gla-«dio ferit, eorumque capita Byzantium Anastasio imperatori misit.» Belli hujus historiam paulo aliter, minus tamen accurate, exequitur Evagrius Libr. III. cap. 29 et cap. 35 edit. cit. pag. 360 et 369, manifesto enim errore Longinum Zenonis imperatoris fratrem, cum Longino Exmagistro confundit, quos praeter Theophanem disertis verbis Zonaras libr. XIV. edit. Paris. tom. II. pag. 54 distinguit his verbis: «*ὁ μάγιστρος Λογ-«γῖνος, οὐχ ὁ Ζήνωνος ἀδελφός ἀλλ' ἕτερος.*» «Longinus magister «non Zenonis ille frater, sed alius,» quem tamen du Cangius in notis ad hunc Zonarae locum pag. 51 perperam Longinum Selinuntium fuisse vult, quem Theophanes l. cit. una cum Longino Exmagistro et reliquis Isaurorum ducibus a Joanne Scytha captum et capite plexum fuisse narrat (cfr. ad vers. 87); tres igitur erant Longini; Zenonis nempe frater, ab Anastasio Alexandriam exul missus, ibidem presbyter ordinatus et septennio post fatis functus; alter Longinus magister militum, *Malelae edit. venet. tom. II. pag.* 39. «*Λογγῖνος ὁ φαλαρὸς,*» «Longinus Calvus,» quem Anastasius magistratu abrogavit et in patriam amandavit, ubi postea adversus imperatorem bellum suscepit, quod Longino Zenonis fratri perperam tribuit Evagrius, tertius denique Longinus quidam Selinuntius, qui et a Theophane et ab Evagrio inter Isaurorum duces commemoratur. Vid. infr. ad vers. 171—177. De bello hoc Isaurico cfr. *Marcellinum Comitem edit. Sirmond. Paris.* 1619 *pag.* 44 *et* 46 *et Jornandem de regnor. success. edit. Hamb.* 1611 *pag.* 61.

Vers. 59. «*Roma*» pro *Byzantio*, ut mox vers. 62 «*latia regna*» et infr. vers. 310. «*ausonia regna*» pro *imperio byzantino*. Septicollem Romam «*veterem*» appellant noster vers. 241, et alii passim.

Vers. 80—81. *Homerus Iliad. Ζ. vers.* 184 *et* 185 de Bellerophonte:

«δεύτερον αὖ Σολύμοισι μαχήσατο πυδαλίμοισιν·
«πρατίστην δὴ τήνγε μάχην φάτο δύμεναι ἀνδρῶν.»

Et Pindarus Olymp. ιγ. vers. 129:

«καὶ Σολύμους ἔπεφνεν.»

Solymos esse eosdem ac Pisidas, vel saltim in Pisidia habitasse, consentiunt auctores; *Plinius H. N. Libr. V. cap.* 27: «Pisidae quon-«dam Solymi appellati.» *Stephanus Byzantinus de urbibus edit. Gronov. Amstelod.* 1725 *pag.* 551 *voce* Πισιδία: «οἱ Πισίδαι, πρότερον Σό-«λυμοι, ἀπὸ Σολύμου τοῦ Διὸς καὶ Χαλδήνης. ἔστι δὲ ἔθνος «βάρβαρον, κατοικοῦν παρὰ τὸν Ἀσπένδον καὶ τὴν Κιλικίαν.» «Pisidae qui prius Solymi, a Jovis et Chaldines filio; est autem gens «barbara ad Aspendum et Ciliciam habitans;» *et pag.* 641 voce Σόλυμοι: «οἱ νῦν Πισίδαι,» «Solymi, qui nunc Pisidae.» *Apollonius Sophista Lexic. Homeric. edit. Villoison. Paris.* 1773 *tom. II. pag.* 728 *voce* Σόλυμοι: «ἔθνος βαρβαρικὸν· ἔστι δὲ καὶ κατὰ Πισιδίαν ὄρη «Σόλυμα καλούμενα.» «Solymi gens barbara; est autem in Pisidia «mons Solyma dictus.» Sic etiam *Scholiastes ad Odyss. ε. vers.* 284 *edit. Clark. Lond.* 1740 *tom. I. pag.* 147. «Σόλυμα ὄρη τῆς Πισιδίας.» *et Scholiastes ad Pindarum olymp. ιγ. vers.* 129 *edit. Francof.* 1542 *fol.* 95 *a*: «Σόλυμοι δὲ ἔθνος πρὸς τῇ Λυκίᾳ μεταξὺ Λυκίας καὶ «Παμφιλίας πολεμικώτατον.» «Solymi gens bellicosissima, Lyciae «contermina, media inter Lyciam et Pamphiliam.» *Cfr. etiam Eustathium ad Iliad. β. pag.* 369 *et Iliad. Ζ. pag.* 635 *Luc. Holstenium ad Stephanum Byzantinum. Lugd. Batav.* 1692 *pag.* 302 *et Barnesium ad Odyss. ε. vers.* 283. *Cantabrig.* 1711 *tom. II. pag.* 136. — Isauros vero eosdem esse ac Solymos, noster consentientem habet neminem, si unicum *Procopium Gazaeum op. cit. pag.* 35 excipias, qui de iisdem Isauris, quos ab Anastasio profligatos Priscianus h. l. respicit, verba facturus, inquit: «τὴν Κιλικίαν προσοικοῦσι δύσμαχοί τινες ἄνθρω-«ποι, Σολῶν ἔθνος, ἀπὸ θαλάττης ἀνατρέχον εἰς ἤπειρον,» etc. vid. supra ad vers. 17. Imo id ipsum minus placet *Zosimo Libr. IV. cap.* 20. *edit. cit. pag.* 311 scribenti: Ἴσαυροι, καλοῦσι δὲ αὐτοὺς, «οἱ μὲν Πισίδας, οἱ δὲ Σολύμους, ἄλλοι δὲ Κίλικας ὀρείους· τὸ «δὲ ἀκριβέστερον, ἡνίκα εἰς τοὺς περὶ αὐτῶν ἀφικώμεθα λό-«γους, δηλώσομεν.» «Isauri, quos alii Pisidas, alii Solymos, alii «Cilices montanos vocant, nos quidem accuratius de his aliquid indi-«cabimus, ubi ad eum locum pervenerimus, de iis ut dicendum sit.»

Ast locus in quo accuratius haec tractanda erant in fine libri excidisse videtur. *Cfr. Cellarium ad h. l.* Certe Leone Thracio imperante (p. Chr. 457—475) Pisidia sejunctam ab Isauria provinciam constituit; si quidem in codice encyclico epistolarum pro defensione Concilii Chalcedonensis, alia epistola ab episcopis Isauriae *(epist.* 19 *in Harduini Conciliis tom. II. pag.* 720) alia ab episcopis Pisidiae *(epist.* 21 *op. cit. tom. II. pag.* 724) ad imperatorem exarata, legitur. Priori epistolae nomina sua subscripserunt: «Basilius episcopus Seleuciae «metropolis Isauriae,» Episcopi: Celenderos, Latini et Calendri, Dalisandi, Cestri, Zotapae, Hieropoleos, Libyadis (vel rectius Zibidae), Antiochiae, Sebastiae, Anemorii, Philadelphiae, Diocaesareae, Hieronopolis, Selinuntis, Olbi et Domitopolis; posteriori vero: Pergamius episcopus Antiochiae Pisidiae, episcopi praeterea: Abadenorum civitatis, Apamenus, Paralenus, Seleuciae, Gortenus, Neapoleos, Hadrianopolitanus, Metropolitanorum, Theodosiopolis, Philomeli, Synnadorum, Sozopolitanus, Malinopoleos et Limnopoleos. — Cfr. etiam *Orphei Argonautic. vers.* 749—751 et quae ad h. l. observat *C. J. Schoenemannus in Commentatione de geographia Argonautarum, Göttingae,* 1788 *pag.* 15—18, et *Arabii Scholastici epigramma in Brunckii analect. graec. tom. III. pag.* 109.

Vers. 84—86. De Publio Servilio Isaurico et de Isauris ab eo domitis *Strabo Libr. XII. cap.* 6. *edit. Casaub. Paris.* 1620 *pag.* 569. «Ἰσαυρία κώμας δύο ἔχουσα ὁμωνύμους· — ὑπήκοοι δ' ἦσαν ταύ«ταις καὶ ἄλλαι κῶμαι συχναί· λῃστῶν δ' ἅπασαι κατοικίαι. παρ«έσχον δὲ καὶ Ῥωμαίοις πράγματα, καὶ τῷ Ἰσαυρικῷ προσα«γορευθέντι Πουβλίῳ Σερβιλίῳ, ὃν ἡμεῖς ἴδομεν· ὃς καὶ ταῦτα «ὑπέταξε Ῥωμαίοις, καὶ τὰ πολλὰ τῶν πειρατῶν ἐρύματα ἐξεῖ«λε, τὰ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ.» «Isauria duos habet pagos cognomines, — «his suberant etiam alii complures pagi, praedonum omnes domicilia. «Exhibuerunt hi Romanis negotium, et Publio Servilio, qui cognomen «Isaurici inde retulit, a nobis visus. Is et Isauros Romanis subegit, et «plerasque piratarum munitiones excidit, quae ad mare erant.» — *Florus Libr. III. cap.* 16: «Cilices invaserant maria..... missusque in «eos Publius Servilius, quamvis leves et fugaces myoparonas gravi et «martia classe turbaret; non incruenta victoria superat. Sed nec ma«ri submovisse contentus, validissimas urbes eorum, et diutina prae«da abundantes, Phaselin et Olympon evertit, Isaurumque ipsam ar«cem Ciliciae: unde conscius sibi magni laboris, Isaurici cognomen «adamavit.» Accuratius *Eutropius Libr. VI. cap.* 3: «Ad Ciliciam et «Pamphiliam missus est P. Servilius e Consule vir strenuus. Is Cili-

«ciam subegit, Lyciae urbes clarissimas oppugnavit et cepit, in his «Phaselidem, Olympum, Corycum Ciliciae. Isauros quoque aggressus «ad deditionem redegit, atque intra triennium bello finem dedit. Pri«mus omnium Romanorum in Tauro iter fecit. Revertens triumphum «accepit, et nomen Isaurici meruit.» Servilii victoriam Isauricam respicit etiam *Ovidius Fastor. Libr. I. vers.* 593 *et* 594:

«Africa victorem de se vocat: alter Isauras,
«Aut Cretum domitas testificatur opes.»

et Claudianus in Eutrop. Libr. I. vers. 217:

«Indomitos curru Servilius egit Isauros.»

De Servilio cfr. praeterea *Dionem Cassium Libr. XLI. cap.* 43. *edit. cit. pag.* 289. *Libr. XLII. cap.* 16. *pag.* 315. *cap.* 23. *pag.* 329. *Libr. XLV. cap.* 16. *pag.* 430. *Plutarchum in Caesar. cap.* 37. *edit. Lips.* 1776 *tom. IV. pag.* 236. *et Valerium Maximum Libr. VIII. cap.* 5, 6.

Vers. 87. Magnam auri vim et armorum copiam a Zenone in Isauria reconditam fuisse, narrat *Theophanes pag.* 118.

Vers. 93. Spicula isaurica «ἀκόντια ἰσαυρικὰ» a *Procopio Caes. de bell. goth. Libr. I. cap.* 19. *pag.* 385. celebrantur.

Vers. 107 — 111. Isaurorum classem in Lyciae littoribus, naufragio periisse, velle videtur, de qua re altum apud omnes historiae byzantinae auctores silentium. Sed nec de classe ab Isauris instructa, nec de proelio navali toto hoc bello conserto, quidquam memoriae proditum est; nisi huc trahere velis: Longinum Selinuntium Isauris ab Anastasii copiis obsessis, commeatum navibus advexisse, narrante *Theophane ad ann. Chr.* 495. *pag.* 119: «Λογγῖνός τις ὁ Σελινούντιος «τὴν Ἀντιόχειαν τῆς Ἰσαυρίας οἰκῶν ἐπὶ τινὸς ὄρους κειμένην «ὑψηλοῦ, κατὰ τὴν μεσημερινὴν τῆς χώρας θάλασσαν, εἰσῆγεν τοῖς «Ἰσαύροις ὁλκάσι πολλαῖς ἐμπορευόμενος πανταχόθεν τὰ τρόφιμα.» «Longinus quidam Selinuntius dictus, Antiochiam Isauriae, in prae«celso quodam monte, ad meridianum regionis mare sitam, inhabi«tans; comeatum undequaque conquisitum, navibus onerariis Isauris «advexit.»

Vers. 123. Isaurorum multitudo bello hoc finito, ab Anastasio in Thraciam migrare jussa, teste *Theophane pag.* 120: «τὸ δὲ πλῆθος «τῶν Ἰσαύρων ἐν τῇ Θράκῃ μετῴκισεν.»

Vers. 125. Castella Isaurorum ab Anastasii copiis exusta, teste *Malela edit. Venet. tom. II. pag.* 39.

Vers. 130—133. *Ovidius amor. Libr. I. eleg.* 2. *vers.* 52 *de* Augusto:

«Qua vincit, victos protegit illa manu.»

et Claudianus Panegyr. Stilii Libr. III. vers. 150 *seqq.* de romana republica:

«Haec est in gremium victos quae sola recepit,
«Humanumque genus communi nomine fovit
«Matris, non dominae ritu, civesque vocavit
«Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.»

Anastasii erga Isauros bello superatos clementiam multis praedicat *Procopius Gazaeus op. cit. tom. II. pag.* 36 *et seqq.*: «καὶ οὗτοι τοίνυν» (Isauri nempe, de quorum adversus Anastasium seditione, ea, quae supra ad vers. 17 recitavimus, dixerat) «οὐκ εἰς μακρὰν ἔμελλον «γνώσεσθαι, ὅσην βασιλέως φιλανθρωπίαν εἰς προσήκουσαν ὀρ«γὴν ἐπεσπάσαντο, εἰ καὶ μὴ πρὸς ἀξίαν τῆς δίκης ἐτύγχανον· «ἀλλ' ἐνίκας πάλιν, ὦ βασιλεῦ, καὶ θρασυνομένους, μάχῃ, καὶ «δυστυχοῦντας, φιλανθρωπίᾳ· καὶ ἔδειξας ὡς ἀληθῶς ἑπομένας «ἀλλήλαις τὰς ἀρετάς. οὓς γὰρ ἀνδρίᾳ κατηγωνίσω, καὶ φρονή«σει στρατηγικῇ, καὶ ποικίλῃ τῶν ἀγώνων εὐεργεσίᾳ, τούτους «ἡ χρηστότης ἑπομένη ταῖς ἀδελφαῖς, σώζειν ἐκέλευε· καὶ δι«πλοῦν ἔστησας τρόπαιον, τοῦ δευτέρου νικῶντος τὸ πρότερον. «τὸ μὲν γὰρ κρατῆσαι πολεμίων, ἴσως ἂν καὶ τύχης γένοιτο μό«νης· τὸ δὲ τοῖς προλαβοῦσιν ἀπόλουθα προσθεῖναι τὰ δεύτερα, «τοῦτο καὶ τὴν τῆς μάχης ἐπεκόσμησε νίκην, καὶ μόνης ἀρετῆς «τοῦτό γε τὸ τρόπαιον. οὐχ, ὥσπερ Φίλιππος ὁ Μακεδὼν, ὄν«τως καὶ βάρβαρος, καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς συμφοραῖς ἐνακμάζων, «ἀκάτῃ καὶ δόλῳ δύο καὶ τριάκοντα Χαλκιδικὰς πόλεις ἑλὼν, «οὕτως ἀνεῖλεν ὠμῶς, ὡς διαλαθεῖν εἰ γεγόνασι πρόσθεν· καὶ «σιωπῇ τοὺς σοφωτάτους Ἀθηναίους, ὅπως Μηλίους καὶ Σικυω«ναίους διέθηκαν. — Σὺ δὲ, δικαίας ἀφορμὰς τῆς κατὰ τῶν ἀδι«κούντων ὀργῆς εἰληφὼς, οὐχ' οὕτως μετῆλθες, ὦ βασιλεῦ· ἀλλ' «οἷα πατὴρ ἀγαθὸς, ὡς σεαυτὸν ἐκάλεις, σωφρονεῖν μόνον παιδεύ«σας, καὶ πόλιν (πάλιν vitiose in Cod. Venet.) ἐδίδους ἣν αὐτὸς «ἐδημιούργησας, καὶ χώραν δαίμονα· καὶ νῦν δεόντως τρῶνται «τῇ ῥώμῃ, καὶ τῇ τῶν ἄλλων προβέβληνται. πρέπων οὗτος βα«σιλεῖ κόσμος, καὶ πάσης κρείττων ἐλπίδος. καί μοι δοκεῖς Ἀλέ«ξανδρον ἐκεῖνον βασιλικῷ φρονήματι παρελθεῖν· ὅς, ἐπειδὴ τὸν «Ἰνδὸν νικήσας εἶχε τῇ μάχῃ, σύμβουλον αὑτῷ ἐπεποίητο τὸν πο«λέμιον, ὅπως αὐτῷ δέοι κεχρῆσθαι· τοῦ δὲ, βασιλικῶς εἰπόν-

«τος, ἠρώτα μή τι προστιθέναι μέλλει τῇ συμβουλῇ· ὡς δὲ δι' «ἑνὸς ῥήματος πᾶσαν ἔφη τὴν ἀρετὴν δεδηλῶσθαι, αἰδεσθεὶς, «οἶμαι, τὴν παραίνεσιν, ἴσως ἄκων ὤφθη φιλάνθρωπος. σὺ δὲ «φύσει τὸ καλὸν ἐπιστάμενος, οἰκόθεν εἶχες τὴν συμβουλήν· καὶ «χάριν ἴσασιν ἡττηθέντες, οἶμαι, καὶ μίαν ἡγοῦνται συμφορὰν, «τὸ τοιοῦτον ὄντα λελυπηκέναι.» «Hi igitur paulo post intellecturi «erant, quantam Imperatoris humanitatem ad dignam iram provocave- «rint; licet non tantam poenam experti sint, quantam meruissent. Sed «vicisti denuo o Imperator! rebellantes quidem pugna, victos autem «benignitate; et ostendisti revera virtutes sese invicem comitari; quos «enim fortitudine debellasti et prudentia militari ac varia certaminum «felicitate, hos humanitas, quae ceteris virtutibus conjuncta est, ser- «vare jubebat, et duplex tibi erexisti trophaeum, posteriore vincente «prius: vincere enim hostes solius fortasse fortunae, victoriae autem «bellicae adjicere clementiam, hoc certe nonnisi virtutis trophaeum «est. Non quemadmodum Philippus Macedo, barbarus revera et Grae- «corum infelicitate celebris, qui triginta duabus Chalcidicis urbibus «fraude et dolo captis, eas funditus delevit, ita ut lateret an prius «extiterint; ut taceam, quo modo sapientissimi Athenienses se adver- «sus Melios et Sicyoneos gesserint. Tu vero, justis licet rationibus ad «iram provocatus, non eo processisti o Imperator! sed tanquam pater «bonus, quemadmodum te ipsum nominasti, sapere eos solum docu- «isti, et urbem concessisti, a te ipso conditam, et regionem felicem; «et robore quo reliquos superant, nunc decenter utuntur. Dignum cer- «te Imperatore facinus, et omnem spem excedens; ita ut ipsum Ale- «xandrum regio animo superare mihi videaris, qui postquam Indum «pugna victum cepisset, consilium ab hoste petiit, quo dum opus ha- «beret, uteretur; eo vero regio animo respondente, et dum interrogare- «tur, an nihil amplius subdere vellet, unico verbo virtutem a se ma- «nifestatam esse adfirmante: adhortationem, ut opinor, reveritus, con- «tra voluntatem benignum se exhibuit. Tu vero a natura id quod ju- «stum est probe intelligens, a temet ipso consilium tenes, et gratias «referunt victi, unica, ut mihi videtur, nunc calamitate affecti; quod «te talem offenderint.»

Vers. 133 — 139. Anastasius delatores ex urbe ejecit, teste *Cedreno pag.* 375: «οὗτος τοὺς δηλάτορας ἐκ τῆς πόλεως τελείως «ἐξέκοψεν.» «Iste delatores ex urbe funditus excidit,» *et Suida voce Δηλάτωρ edit. Küst. tom. I. pag.* 536: «Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς «Ῥωμαίων τὸ τῆς δηλατωρίας πάθος τιμωρεῖται πρὸς τοῖς ἄλ-

«λοις ἔργοις.» «Anastasius Romanorum Imperator in delationis cri-«men imprimis animadvertit.» *Procopius Gazaeus op. cit. tom. II. pag.* 32 de infelicitate temporum sub iis imperatoribus, penes quos ante Anastasium summa rerum fuit, sermonem faciens, inquit: «Ἦν γὰρ ὅτε «τοῖς ὅσοι τὴν τῶν Ῥωμαίων πληροῦσιν ἀρχὴν, οὐκ εὐτυχῶς «εἶχε τὰ πράγματα· ἀλλά τις ἄτακτος ἔρως πλεονεξίας ἥμαζε, «καὶ γνώμης ἀπιστία· καὶ συκοφάνται πάντων ἐκράτουν. ὁ δὲ «νῦν εὐδαίμων, μικρὸν ὕστερον τὰς χρηστὰς ἐλπίδας ἀποβαλὼν, «εἰς ἀτυχούντων μετεβάλλετο σχῆμα. ἐν ἴσῳ δὲ ἦν ἔχειν τι, καὶ «ἀπορεῖσθαι, διὰ τὴν τῶν ὁμοίων ἐλπίδα. ξένον δέ τι πρᾶγμα παὶ «παρὰ φύσιν ὑπῆρχεν· ὁ γὰρ πλοῦτος τοὺς πεπτημένους ἐλύπει.» «Erat tempus, quo omnibus quiqui Romanorum imperium incolunt, «infelici statu res erant; inordinata enim quadam habendi cupidine et «perfidia ad summum evecta gradum, penes delatores summa rerum «fuit; quique nunc felix erat, paulo post bona spe amissa, in infelicem «mutatus est, idemque fuit possidere aliquid, vel omnium rerum pe-«nuriam pati, ob communem quae utrumque manebat sortem; divitiae «enim, res dictu mira et plane praeter naturam, possessoribus nil «praeter calamitatem praebebant.»

Vers. 140 — 148. Cum his comparandus elegans *Procopii Gazaei op. cit. tom. II. pag.* 28 locus, qui sic habet: «ἐπ δὲ τούτων, θαῤ-«ῥεῖν τε ἅμα καὶ δεδιέναι με παραλόγως συμβαίνει· ὅτι μὲν γὰρ «τὸ τῶν πραγμάτων, ταπεινὸν οὐδὲν ἐφελπόμενον, εἰς ὕψος ἐκαί-«ρει τὸν λόγον, καὶ τῷ λέγοντι πρὸς εὐπορίαν καθίσταται, μέγα «τοῦτο καὶ λαμπρὸν εἰς εὐτυχίαν ἐμοί· δέδοικα δὲ μὴ τῇ λίαν «ὑπερβολῇ, καὶ τῷ πλήθει τῶν ὑπαρχόντων καταπλαγεὶς, οὐκ «ἔχων ὅτι χρήσομαι τοῖς παροῦσιν, εἰς ἀφωνίαν μεταβάλλω τὸν «πλοῦτον, καὶ ἀπορούμενος στήσομαι. ὥσπερ ἐν λειμῶνι τερπνῷ, «καὶ ποικίλην παρεχομένῳ τὴν θέαν, πάντα μὲν εἰς πάλλος ὁρᾶ-«ται· ὁ δὲ θεατὴς, πάντων ὁμοίως εὐφραινόντων, οὐκ ἔχων ὅ,τι «προτιμήσει καὶ δρέψεται, πάντων ὁμοίως ἀπεχόμενος ἕστηκεν· «οὐ μὴν ἀλλὰ, καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, πάντα τολμῶν-«τες οἱ λόγοι, καὶ νῦν ὁμοίως θρασύνονται, καὶ πηδῶσιν ἀπά-«τως, καὶ ὥσπερ ὑφ' ἡδονῆς βακχεύοντες πάρεισι, τύχῃ μᾶλλον, «ἢ γνώμῃ, θαῤῥοῦντες, καὶ τῶν μελλόντων οὐδὲν λογιζόμενοι. «ὅθεν τολμήσομέν τι, καὶ παρὰ δύναμιν, ἁρποῦσαν εἰς συγγνώ-«μην, τὴν προθυμίαν προβεβλημένοι.» «Ex his autem audereque

«simul et metuere mihi praeter opinionem contingit, si quidem enim «nihil humile sermonem elevat et dicendi facilitatem praebet, magna «mihi certe et splendida felicitas; metuo tamen ne nimia dicendorum «gravitate et multitudine perculsus, praesentibus uti nesciens, in si«lentium dicendi mutem divitias et perplexus haeream; quemadmodum «in prato amoeno et varium praebente spectaculum, omnia quidem «pulchra videntur, spectator vero cum omnia aeque ejus exhilarent «animum, non habet quod reliquis praeferat et sibi decerpat, unde «fit ut omnibus simul abstineat. Nihilominus istis sic se habentibus, «sermones omnia audentes animum accipiunt, et exsultant et quasi «prae voluptate bacchantur, fortunam tentantes magis, quam ratione «quid audentes, nec futurorum ullam rationem habent. Unde et nos «audemus dicere, pro viribus quidem, voluntatem in sufficientem ve«niam praetendentes.» *Et paulo infra pag.* 33 *idem:* «*ἐνταῦθα δὲ τοῦ «λόγου γενόμενος, καὶ πρὸς τοσοῦτον πλῆθος πραγμάτων ὁρῶν, «τἀυτὸν ἔοικα πάσχειν τοῖς ὅσοι τὰ πελάγη περισκοποῦσι. πολ«λάκις γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιφέροντες, θάλατταν μόνην ὁρῶ«σιν· οὐδὲν δὲ τούτοις ὁρίζει τὴν θέαν. ὅμως τολμητέον τὴν πεῖ«ραν· οὔτε γὰρ ἐκεῖνοι πλοῦν ἀποκνοῦσι· μήτε τὸν λόγον ἡμεῖς.*» «Huc autem oratione progressus, et tantam factorum multitudinem «considerans, idem videor experiri, quod iis accidit, qui in mari cir«cumspiciunt, saepe enim oculos circumferentes, nil praeter undas vi«dent, nec quidquam iis adspectum limitat. Audendum tamen, neque «enim illi navigationem fastidiunt, neque sermonem nos.»

Vers. 142. *Phoebas*, fatidica, *Lucan. Pharsal. Libr. V. vers.* 128:

«..... metuens consistere Phoebas.»

Ovidio, Cassandra Phoebas dicitur *Amor. Libr. II. eleg. VIII. v.* 12 *et Trist. Libr. II. v.* 400:

«..... Mycenaeo Phoebas amata duci.»

Vers. 149. Sic *Corippus Panegyr. Justin. Libr. III. vers.* 78:

«Ferrea nunc abeunt, atque aurea saecula surgunt,
«Temporibus Justine tuis.»

Felicitatem temporum imperante Anastasio sic exequitur *Procopius Gazaeus op. cit. tom. II. pag.* 44: «*Καὶ οὕτως ἡμῖν προῆλθες, πάντας «ἀποπρύπτων τῷ θαύματι. ὅθεν ἡμῖν αἱ πόλεις εὐδαίμονες, χο«ροῖς μεμελημέναι καὶ πανηγύρεσιν· εἰρήνη γὰρ ἡμῖν τοῖς πράγ«μασιν ἐπανθεῖ· Ἄρης δὲ καὶ στάσις πόρρω τῶν ἡμετέρων πλα«νᾶται· πλεῖται μὲν τοῖς ἐμπόροις ἀκινδύνως ἡ θάλαττα· ἐπὶ δὲ «κούφαις ἐλπίσιν ἡ γῆ γεωργεῖται· πράνος δὲ, καὶ δόρυ, καὶ*

«ξίφος, εἰς ἄροτρα μετασπεύασται, καὶ φίλας προσηγορίας: τί-«κτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι.» «Et sic nobis pro-«diisti, omnes obscurans miraculo; unde urbes laetae, choris et pa-«negyricis repletae, pacis enim opera nobis florent, bellum autem et «seditio procul a nostris terminis vagantur; mare tute a mercatoribus «enavigatur, terra levibus colitur spebus, galea et hasta et ensis in «aratra mutata sunt, et amicas res: pariuntque uxores proles maritis «similes.»

Vers. 150—170. De lustrali collatione, sive Chrysargyri ut vocabant tributo, ab Anastasio sublato, loquitur. Ejus institutionem Constantino Magno tribuit *Zosimus Libr. II. cap.* 38. *edit. cit. pag.* 164: «Κωνσταντῖνος δὲ ταῦτα διαπραξάμενος διετέλεσε δωρεαῖς οὐκ «ἐν δέοντι γινομέναις, ἀλλὰ εἰς ἀναξίους καὶ ἀνωφελεῖς ἀνθρώ-«πους, τοὺς φόρους ἐκδαπανῶν· καὶ τοῖς μὲν εἰσφέρουσι γινόμε-«νος φορτικὸς, τοὺς δὲ μηδὲν ὠφελεῖν δυναμένους πλουτίζων. «τὴν γὰρ ἀσωτίαν ἠγεῖτο φιλοτιμίαν. οὗτος καὶ τὴν εἰσφορὰν «ἐπήγαγε χρυσίου τε καὶ ἀργύρου πᾶσι τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς με-«τιοῦσι τὰς ἐμπορίας, καὶ τοῖς ἐν ταῖς πόλεσι πανωνίαν προτι-«θεῖσι, μέχρι καὶ τῶν εὐτελεστάτων· οὐδὲ δυστυχεῖς ἑταίρας ἔξω «ταύτης ἐάσας τῆς εἰσφορᾶς. ὥστε ἦν ἰδεῖν, μέλλοντος τοῦ τε-«τραετοῦς ἐνίστασθαι χρόνου, καθ' ὃν ἔδει τοῦτο τὸ τέλος εἰσφέ-«ρεσθαι, θρήνους ἀνὰ πᾶσαν πόλιν καὶ ὀδυρμοὺς. ἑστάντος δὲ, «μάστιγας καὶ βασάνους ἐπιφερομένας τοῖς σώμασι τῶν διὰ πε-«νίας ἐσχάτης ζημίαν ὑπενεγκεῖν μὴ δυναμένων. ἤδη δὲ καὶ μη-«τέρες ἀπέδοντο τοὺς παῖδας, καὶ πατέρες ἐπὶ πορνείου θυγατέ-«ρας ἐστήσαντο, ἐκ τῆς τούτων ἐργασίας ἀργύριον τοῖς τοῦ χρυ-«σαργύρου πράκτορσιν εἰσενεγκεῖν ἐπειγόμενοι. βουλόμενος δὲ «καὶ τοῖς ἐν λαμπρᾷ τύχῃ περινοῆσαί τι λυπηρὸν, ἕκαστον εἰς «τὴν τοῦ πραίτωρος ἀξίαν ἐπάλει, καὶ τῷ προπαλύμματι τῆς τι-«μῆς ἀργύρου σταθμὸν ἀπήτει πολὺν. ἦν οὖν ἰδεῖν τῶν εἰς τοῦτο «τεταγμένων ἐπιδημούντων ταῖς πόλεσι, φυγὴν ἁπάντων καὶ ἀπο-«δημίαν ἀλλόφυλον, δέει τοῦ μὴ σὺν ἀπωλείᾳ τῆς οὐσίας, ταύ-«της τυχεῖν τῆς ἀξίας. ἀπεγράψατο δὲ τὰς τῶν λαμπροτάτων «οὐσίας, τέλος ἐπιθεὶς, ᾧτινι φόλλιν αὐτὸς ἐπέθηκεν ὄνομα. καὶ «ταῖς τοιαύταις εἰσφοραῖς τὰς πόλεις ἐξεδαπάνησεν. ἐπιμεινάσης «γὰρ καὶ μετὰ Κωνσταντῖνον τῆς ἀπαιτήσεως ἐπὶ χρόνον συχνὸν, «ἐξαντλουμένου κατὰ βραχὺ τοῦ πλούτου τῶν πόλεων, ἔρημοι

«τῶν οἰκούντων αἱ κλεῖσται γεγόνασι.» «Ceterum Constantinus «his ita perfectis, exhaurire non desinebat vectigalia largitionibus, «quae non ubi par erat; sed in homines indignos et inutiles fiebant. «Et collatoribus quidem tributorum gravis erat, illos autem cumula- «bat opibus, qui nulli esse usui poterant. Nam profusionem pro mu- «nificentia ducebat. Idem et auri argentique collationem imposuit om- «nibus ubique terrarum negotiationes exercentibus, et dardanariis op- «pidorum, ad vilissimos usque; ne miseris quidem meretriculis hac «collatione liberatis. Itaque videre erat, quoties quartus quisque an- «nus adpeteret, quo tributum illud pendendum erat, meras per om- «nes urbes lacrymas et ploratus: ubi vero jam advenisset, nonnisi fla- «gra tormentaque corporibus eorum adhibita, qui propter paupertа- «tem extremam sustinere jacturam hanc non possent. Quin et liberos «ipsae matres distrahebant, et patres filias prostituebant: ex harum «quaestu chrysargyri exactoribus pecuniam offerre coacti. Quumque «splendidioris etiam fortunae hominibus excogitare quiddam vellet, «quod eis dolorem afferret: quemlibet horum ad praeturae dignitatem «vocabat, et honoris praetextu magnum pecuniae pondus exigebat. «Idcirco quoties ad urbes venissent, qui hujus rei mandatum habe- «bant: videre erat fugam omnium et profectionem ad extraneos; me- «tuentium ne cum facultatum detrimento dignitatem hanc adipiscеren- «tur. Habebat autem descripta virorum clarissimorum patrimonia, qui- «bus et tributum imposuit, quod ipse follem nuncupavit. Et hujus- «modi sane collationibus urbes exhausit. Nam quum etiam longo tem- «pore post Constantinum duraret earum exactio, paullatim exhaustis «oppidorum divitiis, ab habitatoribus complura deserta fuerunt.» Chrys- argyri vectigal Anastasium imperii sui anno decimo, qui est post Christum natum 500, sustulisse, omnes omnino scriptores, qui res ab eo gestas literis consignarunt, uno ore testantur. Rei gestae seriem referunt, *Constantinus Manasses in Chronico edit. Paris. pag.* 63:

«Ἀλλ' οὐ γὰρ πάντα τὰ καπὰ πρόσεστι τοῖς ἀνθρώποις,
«Ἀλλὰ συγκρίνονται ποτὲ καὶ βέλτιστα καπίστοις·
«Βέβηλος γὰρ καὶ δυσσεβὴς οὗτος φανεὶς ὁ πράτωρ,
«Ὅμως ἐξώρυσε φυτὸν γῆς πάσης Ῥωμαΐδος,
«Οὗ καὶ καρποὶ πικράζοντες, καὶ θάνατος ἡ ῥίζα.
«Ὡς εἶγε μὴ τὸ πρόσκομμα τὸ περὶ τὴν θρησκείαν
«Ὥσπερ παχὺ καὶ θολερὸν ἀνεπεσκόπει νέφος·
«Τοῦτο καὶ μόνον τὸ καλὸν ἴσχυσεν ἂν συγκρύψαι
«Τὰς ὅλας ῥυπαρότητας καὶ τὰς ἀκαθαρσίας,

«Καὶ πάντας τοὺς τραυματισμοὺς τοὺς ἰχωροδεστάτους,
«Καθάπερ ἀλεξίπαπον φάρμαπον ἡμερῶσαι.
«Ἦν δὲ τὸ περιπόσμημα τοῦ παρανομωτάτου
«Τπόῤῥιζος ἀναίρεσις εἰσπράξεως πιβδήλου,
«Ἢ λέγεται χρυσάργυρον ἀνδράσι φιλολόγοις.
«Τὶ δὲ παὶ ποῖον τὸ τεχθὲν ὁ λόγος ἱστορήσει.
«Ἅπας ἀνήρ τε, παὶ γυνὴ, παῖς, πορή τε, παὶ βρέφος,
«Προσαίτης, ἀπελεύθερος, οἰπέτης, οὐπ οἰπέτης,
«Τπὲρ σπυβάλου ποπρηροῦ παὶ δυσοσμίας οὖρου,
«Ἓν ἐξ ἀργύρου νόμισμα παρεῖχε τῷ ταμείῳ,
«Τουτίδε παὶ τοῖς πτήνεσιν ἐτέπειτο τὸ βάρος:
«Βουσὶ, τοῖς ἡμιόνοις τε, παὶ μέντοι παὶ τοῖς ἵπποις.
«Τπὲρ ἑπάστου δὲ πυνὸς, ὑπὲρ τῶν ὀναρίων,
«Ἓξ φόλλεις πατεβάλλετο τοῦ πτήνους ὁ δεσπόζων.
«Ὁ τοίνυν Ἀναστάσιος δυσωπηθεὶς ἐντεῦξει
«Ἀνδρῶν μονήρη παὶ σεμνὸν μετερχομένων βίον,
«Τοσοῦτον ἄχθος ἤλασε, παὶ τηλιποῦτον μῦσος,
«Προθέλυμνον τὸ βλάστημα τὸ τῆς αἰσχροπερδίας
«Ἐξανασπάσας, παὶ πυρὶ δοὺς ἀφανιστηρίῳ.»

«Afenim non omnia in hominibus mala sunt, sed pessimis interdum «optima quaedam miscentur. Quippe tametsi Anastasius imperator se «profanum et impium hominem declaraverit, tamen plantam quandam «ex universo imperio exstirpavit, cujus tam amari fructus erant et ra«dix letifera, ut si quidem religionis offendiculum, instar crassae nu«bis ejus luminibus non offecisset, hoc unum facinus praeclarum ip«sius sordes et impuritates abolere potuerit, omniaque viri saniosa «vulnera, tanquam praesens remedium sanare. Nimirum ornabat im«probissimum hominem abolitio perpetua cujusdam exactionis fraudu«lentae, quam grammatici chrysargyrum nuncupabant. Quid autem et «quale fuerit illud, lubet exponere. Omnes viri, mulieres, puellae, «pueri, infantes, mendici, liberti, servi, liberi, nomine stercoris et «urinae fisco nummum argenteum pendebant. Idem onus etiam jumen«tis impositum erat; bobus scilicet, mulis et equis. Pro quolibet au«tem cane et asino sex folles numerabat is, qui canis asinive domi«nus esset. Anastasius ergo reveritus preces nonnullorum religiosam «atque solitariam vitam degentium, tantum onus et piaculum abolevit, «germine turpis lucri radicitus evulso, et igni tradito.» *Cedrenus hist. comp. edit. Paris. pag.* 357 *et seq.*: «Ἀφῆπε δὲ παὶ τὸ τέλος τοῦ

«λεγομένου χρυσαργύρου. ὁ δὲ χρυσάργυρος τοιουτόν τι πρᾶγμα «ἦν. πᾶς πενόμενος καὶ προσαιτῶν, καὶ πᾶσα πόρνη καὶ ἀπολε«λυμένη, καὶ πᾶς δοῦλος καὶ ἀπελεύθερος, συνεισφορὰν ἐποιοῦν«το κοινὴν πρὸς τὸν δημόσιον, ὑπὲρ οὔρου καὶ κοπρίας, κτηνῶν «δὲ καὶ κυνῶν τῶν ἐν ἀγροῖς καὶ πόλεσι διατριβόντων· καὶ ὁ «μὲν ἄνθρωπος νόμισμα ἀργυροῦν συνεισέφερεν, ὁμοίως καὶ ἡ «γυνή. ἵππος δὲ καὶ ἡμίονος καὶ βοῦς τὸ αὐτὸ συνεισέφερον, ὄνος «δὲ καὶ κύων φόλλεις ἕξ. καὶ ἦν ὀδυρμὸς πολὺς ἔν τε χώρᾳ καὶ «πόλει, τούτων εἰσπραττομένων ἀσυμπαθῶς. πρέσβεις τοίνυν δε«ξάμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις μοναχῶν, καὶ Τι«μοθέου τοῦ Γαζαίου ἀνδρὸς τὰ πάντα σοφοῦ τραγῳδίαν ποιήσαν«τος ὑπὲρ τοῦ τοιούτου, ταῦτα ἐξέκοψε. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρό«νον καὶ περίβλεπτον φιλοτιμίαν τῆς πολυταλάντου καὶ πανώ«λου εἰσφορᾶς τοῦ καλουμένου τετραετηρικοῦ χρυσαργύρου κατ«έλυσεν ὁ βασιλεὺς, καὶ πυρὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἐναντίων πάν«των κατέπαυσε τὰ τῆς τοιᾶσδε συντελείας κατάγραφα.» «Abole«vit etiam tributum quod Chrysargyrum dicebatur. Id tale fuit. Qui«vis mendicus, quaevis meretrix, quaevis repudiata, quivis servus, «quivis libertus, aerario aliquid pendebat pro stercore et urina, at«que etiam de mulo, de fimo, de jumentis et canibus in urbe et rure «degentibus. Homo sive mas esset, sive foemina, nummum argenteum «pendebat, tantumdem equus, bos et mulus, asinus autem et canis «obolos sex, et erat cum in agris, tum in urbe ejulatus magnus; cum «illud tributum absque ulla miseratione exigeretur. Itaque imperator, «cum ea de re legatos ad eum misissent monachi Hierosolymitani, et «Timotheus Gazaeus vir sapientissimus tragoediam ea de re finxisset, «excidit ista. Atque eo sane tempore illustrem suam fecit liberalitatem, «quod tributum illud quadriennale, quod magna cum omnium perni«cie ingentem corradebat talentorum numerum, et Chrysargyrum ap«pellabatur, sustulit: tabulasque ejus tributi descriptionem continen«tes, in circo omnes coram toto populo concremavit.» Et multo ac-curatior his *Evagrius hist. eccles. Libr. III. cap.* 39. *edit. cit. tom. III. pag.* 371 *seqq.*: «Ὑπερμέγεθες δὲ κατεπράχθη αὐτῷ καὶ θεῖόν τι «χρῆμα, ἡ τοῦ καλουμένου χρυσαργύρου ἐς τέλεον κωλύμη· ἦν «καὶ λεπτέον, τῆς Θουκυδίδου γλώσσης, ἥ καὶ μείζονάς τε καὶ «κομψοτέρας ἐπιδεομένην. λέξω δὲ καγὼ, οὐ λόγῳ πεποιθὼς, «τῇ δὲ πράξει πίσυνος. ἐπέπειτό τι τῇ τοσαύτῃ καὶ τηλικαύτῃ «τῶν Ῥωμαίων πολιτείᾳ τέλος ἐλεεινόν τε καὶ θεσμισὲς, καὶ βαρ-

«βάρων αὐτῶν ἀνάξιον, μήτι γε δὴ τῆς Ῥωμαίων χριστιανικωτά-
«της βασιλείας· ὃ μέχρις αὐτοῦ, ἀνθότου λέγειν οὐκ ἔχω παρ-
«οφθὲν, αὐτὸς ἀνεῖλε βασιλικώτατα. ἐπέκειτο δὲ ἑτέροις τε πολ-
«λοῖς ἐξ ἐράνου τὴν τροφὴν κορίζουσι, καὶ ταῖς ἀκεμκωλούσαις
«τὴν ὥραν τοῦ σώματος, καὶ χύδην πορνείαις ἐπὶ τοῖς κεκρυμέ-
«νοις καὶ λανθάνουσι τῆς πόλεως τόκοις, ἐπὶ χαμαιτυκείοις ἐκ-
«δεδομέναις, καὶ πρός γε, τοῖς ἡταιρηκόσι, καὶ μὴ μόνον τὴν φύ-
«σιν, ἀλλὰ καὶ τὸ πολίτευμα καθυβρίζουσιν· ὡς ἀντὶ νόμου τινὸς
«τὴν ἐσκομιδὴν βοᾶν, ἐπ' ἀδείας εἶναι τὴν τοιαύτην ἀθεμιτουρ-
«γίαν τοῖς βουλομένοις· καὶ τὸν ἐντεῦθεν ἀθροιζόμενον ἀνόσιόν
«τε καὶ ἐναγῆ πόρον, ἐπὶ τὴν πρώτην καὶ πορυφαίαν ἐσῆγον τῶν
«ἀρχῶν ἀνατετραετηρίδα οἱ τοῦτον ἑπασταχοῦ συλλέγοντες, ὡς
«καὶ μέρος οὐκ ἐλάχιστον τῆς ἀρχῆς καθεστάναι, καὶ τῶν καλου-
«μένων εἰδικῶν σκρινίων τυχεῖν, καὶ τῶν τὰ τοιαῦτα διαψηφι-
«ζόντων, οὐκ ἀφανῶν ἀνδρῶν στρατείαν, ὥσκερ καὶ τὰς λοικὰς
«ἡγουμένων τὸ πρᾶγμα. Ὁ μεμαθηκὼς ὁ Ἀναστάσιος, ἐπί τε τὴν
«γερουσίαν προσθεὶς, καὶ μῦθος εἶναι καὶ καινοκρεκὲς ἄγος τὸ
«πρᾶγμα δικαίως ἀκοφηνάμενος, τεθέσκικε καθάκαξ ἀναιρεθῆ-
«ναι, καὶ τοὺς τὴν εἴσκρᾶξιν δηλοῦντας χάρτας κυρὶ καραδέδω-
«κε. καὶ τέλεον τὴν κρᾶξιν ἱερουγῆσαι τῷ θεῷ βουληθεὶς, ἵνα
«μή τινι τῶν μετ' αὐτὸν ἐξῇ τὰ ἀρχαῖα αὖθις ὀνείδη ἀνακαλέσα-
«σθαι, κροσκοιεῖται μὲν τὸν ἀσχάλλοντα, ἀβουλίας δὲ ἑαυτοῦ
«κατηγόρει, καὶ τῆς ἐς ἄγαν ἀνοίας, λέγων· ὡς τῇ καινοδοξίᾳ
«τὸ κλέσν δοὺς, τοῦ συνοίσοντος τῇ κολιτείᾳ κεκρημέληκε, καὶ
«τὸν τοσοῦτον κόρον ἀνέκαθεν ἐφευρημένον, καὶ τοσούτοις χρό-
«νοις βεβαιωθέντα, εἰκῇ τε καὶ ἀκερισκέκτως ἀνήρτησεν, οὐ
«συνεὶς τὰ ἐκαρτώμενα κινδυνεύματα, ἢ τὰς στρατιωτικὰς δακά-
«νας, τὸ ζῶν τοῦ κολιτεύματος τεῖχος, οὐ τὰς ἐς θεραπείαν τοῦ
«θεοῦ· καὶ μηδὲν τῶν ἔνδοθεν δεικνὺς, ἀκαγγέλλει βούλεσθαι
«τὸν εἰρημένον ἀνασώσασθαι πόρον. καὶ δὴ τοὺς ἐφεστηκότας
«κροσκαλεσάμενος, ἔφασκε μεταμελεῖσθαι μὲν, οὐκ ἔχειν δὲ ὅτι
«καὶ κράξει, ἢ ὅκως τὴν οἰκείαν ἁμαρτίαν διορθώσαιτο, καθάκαξ
«τῶν χαρτῶν καυθέντων, τῶν δυναμένων τὴν εἴσκρᾶξιν δηλοῦν.
«κᾳκείνων δὲ οὔ τινι κροσκοιήσει, ταῖς δὲ ἀληθείαις τὴν κράξιν
«ὀδυρομένων διὰ τὸν ἐντεῦθεν αὐτοῖς κερικοιούμενων ἄδικον μι-

«σθὸν, καὶ τὴν παραπλησίαν ἀπορίαν προϊσχομένων, προὔτρεπέ «τε καὶ παρεκάλει, διὰ πάσης ἴοντας ζητήσεως ἐξερευνῆσαι, εἴπερ «εὑρεῖν δυνηθεῖεν διὰ τῶν ἐπασταχοῦ συγκειμένων πτυχίων τὴν «τοῦ παντὸς εἴσπραξιν. καὶ πέμψας ἑπάστῳ δαπάνας, ἐς τὴν περὶ «ταῦτα συλλογὴν ἔπεμπεν, ἐπιτρέψας ἕκαστον χάρτην ταῦτα σὰ- «φηνίζειν δυνάμενον, ὅποι ἂν εὑρεθείη, πρὸς αὐτὸν ἀποκομισθῆ- «ναι, ἵνα μετὰ πολλῆς τῆς περισκέψεως, καὶ τῆς ἐς ἄγαν ἀκρι- «βείας, τὰ περὶ τούτων αὖθις συνταχθείη· ὡς δὲ οὖν μετὰ καὶ- «ρὸν ἦκον οἱ τούτοις διακονούμενοι, χαίρεις τὶς ἐδόκει καὶ φαι- «δρότητι γαννύμενος ὁ Ἀναστάσιος. ἔχαιρε δὲ καὶ ταῖς ἀληθείας «τῶν ἐσπουδασμένων τετυχηκὼς, καὶ ἀνηρώτα τὸν τρόπον, ὅπως «τε εὑρηνται, καὶ παρά τισι, καὶ εἴ τι τοιουτῷ δὲ παταλέλει- «πται. τῶν δὲ πολλοὺς καταβεβληκέναι πόνους ἐπὶ τῇ τούτων «συναγωγῇ διϊσχυριζομένων, ὀμνυόντων τε πρὸς τοῦ βασιλέως «ὡς οὐδεὶς ἕτερος χάρτης ταῦτα δηλοῦν δυνάμενος ἀνὰ πᾶν ἀπό- «κειται τὸ πολίτευμα, αὖθις πυρᾶν ἐξῆψε μεγάλην ἐπ τῶν ἀπο- «κομισθέντων χαρτίων, καὶ τὴν σποδιὰν ὕδασιν ἐπέκλυσεν, ἀφα- «νίσαι τέλεον τὴν πρᾶξιν βουλόμενος· ὥστε μὴ πόνιν, μὴ τέφραν, «μήτε μήν τι λείψανον τοῦ πράγματος ἧττον ἀποκαυθέντων φα- «νῆναι.» Quem locum Henricus Valesius latinum reddit: «Res prae- «terea eximia ac plane divina ab eodem imperatore gesta est, vecti- «galis scilicet, quod Chrysargyrum dicebatur abolitio. Qua de re nunc «dicendum est, quamvis Thucydidis eloquentia, aut etiam praestan- «tiore ac disertiore lingua ad eam rem opus esset. Ego vero non elo- «quentia, sed facti magnitudine confisus, rem narrabo. Romanorum «reipublicae, tam longe lateque diffusae, impositum erat vectigal mi- «serabile prorsus, deoque invisum, ne dum christianissimo Romano- «rum imperio conveniens, quod ad Anastasii usque tempora, nescio «quam ob rem neglectum atque toleratum, ipse regali munificentia su- «stulit. Impositum autem erat tum aliis compluribus, qui stipe colla- «ticia victitabant, tum mulierculis, quae corpore quaestum faciebant, «et per abdita atque obscura urbis loca in cellis meritoriis ad stuprum «prostabant: masculis praeterea qui muliebria passi fuerant, nec na- «turam solum ipsam, verum etiam rempublicam ignominia afficiebant, «adeo ut collatio ista vice legis proclamaret, licere cuivis incestam «illam libidinem perpetrare. Porro impium illum ac detestandum quae- «stum, qui ex hoc vectigali percipiebatur, exactores, qui illud ubi- «que colligebant, quarto quoque anno deferebant ad summum magi-

«stratum imperii Romani: ita ut non minima pars haec esset magistra-«tus, et propria, ut vocant, scrinia haberet, et numerarios, qui ra-«tionibus hujusmodi praeerant, viros non obscuros, qui istud munus, «perinde ac reliqua, militiam esse censerent. Quod cum didicisset «Anastasius, et ad senatum retulisset, scelus hoc esse, et novum quod-«dam atque insolens piaculum jure merito pronuntians, lege lata san-«xit; ut penitus aboleretur: et chartas, quae exactionis hujus noti-«tiam continebant, incendio consumpsit. Cumque hoc vectigal, tan-«quam holocaustum quoddam, deo integre immolare vellet, ne quis «forte ex imperatoribus, qui post ipsum regnaturi erant, vetus exactio-«nis istud probrum renovare iterum posset, dolere se simulavit, et «imprudentiae se ipsum accusans atque extremae dementiae, aiebat «se inani gloriae nimium tribuentem, reipublicae commoda neglexisse, «tantumque vectigal a majoribus institutum, et tam diuturno temporis «spatio confirmatum, temere et inconsulte sustulisse: ac neque im-«minentia pericula, neque sumtus rei militaris, qui sunt quasi viva «quaedam propugnacula reipublicae, nec eos, qui ad cultum dei ne-«cessarii sunt, animo perpendisse. Nihil igitur eorum, quae in animo «habebat declarans, velle se dixit supra memoratum vectigal restitue-«re; cumque eos, qui vectigali praepositi erant, ad se evocasset, se «quidem facti poenitere fassus est: sed quid agendum sit nescire, nec «qua ratio erratum suum emendare possit, chartis omnibus ex quibus «vectigalis notitia percipi poterat, igne consumptis. Illis vero non qui-«dem simulate, sed re ipsa atque ex animo vectigal deplorantibus, ob «illicitum quaestum, quem ex illo percipere consveverant; et maxi-«mam perinde difficultatem praetendentibus: hortatus est eos Anasta-«sius, ut omnibus modis scrutarentur ac pervestigarent, num forte ex «tabulis, quae singulis in locis coacervatae essent, totius vectigalis «exigendi rationem possent reperire. Constituto itaque singulis sala-«rio, ad conquirendas chartas eos misit, jubens; ut quaecunque char-«tae vectigalis illius notitiam suppeditare possent, ubicunque locorum «repertae essent, ad ipsum destinarentur, ut singulari solertia ac di-«ligentia, totius vectigalis ratio iterum componeretur. Reversis autem «aliquanto post iis, quibus id negotii mandatum fuerat, hilaris ac sin-«gulari gaudio perfusus videbatur Anastasius, et gaudebat revera, quip-«pe qui id, quod optabat consecutus esset. Percontabatur itaque qua-«nam ratione, et apud quos repertae fuissent chartae, et num ex hu-«jusmodi monumentis quidquam superesset. Illis vero affirmantibus, «multum se laborasse, ut chartas illas conquirerent, et per principem «ipsum jurantibus, nullam aliam chartam, ex qua vectigalis hujus no-«titia percipi posset, in universo imperio Romano reperiri, rursus char-

«tis, quae allatae fuerant, in rogum conjectis, magnum excitavit in-«cendium, et cinerem aquis mergi jussit, quo hujusmodi exactio pe-«nitus aboleretur: adeo ut nec cinis nec favilla, nec ullum omnino hu-«jus rei, aut combustarum chartarum vestigium relinqueretur.» —Nec praetermittendus *Procopii Gazaei op. cit. tom. II. pag.* 38, testis utpote coaevi, de Chrysargyri abolitione locus, qui sic habet: «*Ἀλλὰ «γὰρ ἕν, ἢ δεύτερον εἰπὼν, ἔτι τῆς κοινῆς καὶ κατὰ πάντων «εὐεργεσίας ἐχόμενον, οὕτω καὶ πρὸς τὴν κατὰ μέρος φιλανθρω-«πίαν πέμψω τὸν λόγον. ἴστε γὰρ, καί μοι μηδεὶς ταραττέσθω «τὴν γνώμην, ὡς φόρος τις δυσχερὴς, ὥσπερ τι τῶν δεινῶν ἐκ «περιόδου ταῖς πόλεσιν ἐπετίθετο, καὶ διὰ πάντων ἐφοίτα, πρό-«φασιν δίκαιαν οὐκ ἔχων, ὄνομα δυστυχὲς τοῖς ὑπηκόοις, χρυ-«σὸς καὶ ἄργυρος εἰς μίαν ἐλθόντες προσηγορίαν. ὅσοι γὰρ ἀν-«θρώπων αὐτουργῶν τε καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἐνδεεῖς, καὶ ταῖς «χερσὶ πᾶσαν ἐλπίδα πεποιημένοι τοῦ βίου, ὥσπερ ἱδρώτων καὶ «δυστυχίας μισθὸν ἐτέλουν· καὶ τοῦτο μετὰ τῆς τύχης αὐτοῖς «ἐπετίθετο. ἔστενε γεωργὸς περὶ τὰ δένδρα· διπλῆν γὰρ εἶχε τὴν «συμφορὰν, καὶ πονῶν τῷ σώματι, καὶ μεμνημένος τῶν λυπη-«ρῶν· ἁλιεὺς παρὰ τὴν θάλατταν· ἠφίει τὸ δίκτυον, θήραν εὐ-«χόμενος λαβεῖν, ἧς μεθέξουσιν ἕτεροι. ἔμπορος δέ τις, μετὰ χει-«μῶνα καὶ θάλατταν, καὶ τύχην ἀγρίαν, μόλις τῆς γῆς ἐπιβὰς, «καὶ πόλιν ἰδὼν, οὐκ ἄμισθον εἶχε ταύτης τὴν θέαν. καὶ τί δεῖ «λέγειν τοῦς ἄλλους; αἱ γὰρ ἐπὶ τῶν οἰκημάτων γυναῖκες, ὄνει-«δος ἀναγκαῖον λαχοῦσαι τὸν βίον, οὐδὲ τὸ δυστυχεῖν ἐπ' ἀδείας «ἐκέκτηντο, ἀλλ' ὠνιον ἐποιοῦντο τὴν τοῦ σώματος ὕβριν· καὶ «τοῦ μὴ σωφρονεῖν μισθὸς κατεβάλλετο· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐκ «τῶν κοινῶν ἀτυχημάτων ὁ τοῦ βασιλέως θησαυρὸς ἐπληροῦτο. «ταῦτα τῶν πρὶν πρατούντων τινὲς δόξαντες εἶναι φιλάνθρωποι, «ἠλέουν μὲν, βοηθεῖν δὲ οὐκ εἶχον· ἀλλ' ἠβουλήθησαν μόνον, «καὶ μέχρι τούτου τὴν ἀρετὴν ἐνεδείξαντο· τὸ δὲ πρὸς ἔργον ἐκ-«φέρειν, μετὰ τῶν ἀδυνάτων ἐθαύμαζον. ἔδει γὰρ σοὶ καὶ τοῦτο «τηρεῖσθαι, καὶ σὸν ἔργον γενέσθαι μετὰ τῶν ἄλλων· ὅπως ἀρε-«τὴ μὴ λανθάνῃ τοσαύτη, μὴ παρόντων αὐτῇ πρὸς ἀξίαν, δι' ὧν «ἑαυτὴν ἐπιδείξεται. ὅθεν παντὸς ἀτόπου πέρδους ἔννοιαν παρι-«δὼν, καὶ ζημίαν θαυμάσας ἐπαινουμένην, ἠβουλήθης, ἐπένευ-«σας, εἰς ἔργον ἀφίκετο. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου τὰ τῆς εὐεργεσίας*

«ἡμῖν· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς μετὰ ταῦτα, πονηροῖς γενέσθαι πάλιν ἐπέ-
«τρεψας· πᾶσα γὰρ περὶ τούτου συγγραφὴ, πυρὸς ἔργον ἐγένετο·
«καὶ μετὰ τῶν λυπούντων, ἡ τούτων ἀνῄρηται μνήμη. ταῦτα γὰρ
«προσέταττες ὥσπερ Τδρας κεφαλὰς ἐκκαίειν, ὅπως μὴ πάλιν
«ἀνίσχῃ, τὸν σὸν Ἡρακλέα μιμούμενος. — πρώην μὲν οὖν Ἀρι-
«στείδης οὐκ εἰωθότας φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησι, ὡς τι μέγα
«κατορθώσας, τὴν τοῦ δικαίου προσηγορίαν ἠνέγκατο· καὶ τὸν
«Ἀριστείδην τις εἰπὼν, πάντως προσεπίθει τὸν δίκαιον. σὺ δὲ
«φόρους οὕτω μεγάλους, ὥσπερ Ἐριννύν τινα κοινὴν μεταστήσας
«τῶν ὑκηκόων, τίνος ἂν εἰκότως τύχοις προσηγορίας; μικρὸν γὰρ
«πρὸς ταῦτα καὶ Ἀριστείδης, καὶ Πεισίστρατος, ἐν οἷς ἑκάτερος
«ἐθαυμάζετο· ὃς δεκάτην τῶν ἐκ τῆς χώρας γενομένων, φόρους
«τάξας τοῖς Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ παρὰ τὸν Ὑμηττὸν διερχόμενος
«Ἀττικὸν, εἶδε πρεσβύτην πέτραν ἐργαζόμενον, καὶ τοῖς μόχθοις
«ἀπειρηκότα, πέπονθεν, ὡς εἰκὸς, ἐπ' αὐτῷ· καὶ πέμψας, ἠρώ-
«τα τίνας αὐτῷ παρκοὺς ἡ πέτρα κομίζοι· ὁ δὲ, καὶ λίαν στε-
«νάξας, «ὀδύνας» ἔφη, «καὶ κακῶν πλῆθος· καὶ τούτων τὴν δε-
«κάτην δεῖ γενέσθαι τῷ Πεισιστράτῳ» εἶπε, παρεῖναι τὸν τύραν-
«νον ἀγνοῶν· καὶ εἰς Πεισίστρατον ἦλθεν ὁ λόγος. καὶ θαυμάσας
«ἐκεῖνος τῆς καρτερίας, μέγα τι νομίζων δωρεῖσθαι, ἀτελῆ τὴν
«πέτραν ἀφῆκε τῷ γεωργῷ· καὶ, ὡς εἰς μνήμην ἀρετῆς, ἀτελὲς
«ἐξ ἐκείνου τὸ χωρίον ἐκωνομάζετο. ἀλλὰ τί μοι λέγειν ἐκῆλθε
«Πεισίστρατον καὶ πρεσβύτην ἕνα, καὶ δυστυχὲς ἐκεῖνο χωρίον,
«πρὸς πάντων ὑκηκόων ἐλευθερίαν; ὅθεν καὶ τῶν βανάυσων ἕκα-
«στος καρ' ἐλπίδας εὐτυχῶν, καὶ γεωργὸς περὶ τὰς ἀρούρας, κα-
«ραμυθίαν τῶν πόνων, ἄδει τὰ σά;» «Verum postquam unum al-
«terumve dixi, quod communem et universalem beneficentiam attinet,
«jam ad ea, quae specialem principis humanitatem concernunt, oratio-
«nem convertam. Scitis igitur, nec quisquam mihi perturbetur animo, tri-
«butum aliquod molestum, tamquam aliquam cladium certo tempore re-
«currentium, civitatibus impositum fuisse, quod per omnes ambulabat,
«praetextum justum non habens, nomen autem infelix subditis, aurum et
«argentum in unam conjunctum compellationem. Omnes enim homines
«operariique, quotidianarum necessitatum indigi, et manibus suis spem
«vitae omnem promerentes, sudoris et infelicitatis hanc mercedem sol-
«vebant, quae ipsorum sinistrae fortunae addebatur. Gemebat penes
«arbores agricola, duplici calamitate oppressus, corpore nempe labo-

«rans, animo autem tristitiarum istarum memor. Piscator mari rete im-«mittebat, praedam tollere desiderans, cujus alii participes futuri erant, «mercator autem, post tempestates et pericula maritima, vix terra con-«scensa et urbe conspecta, non gratis hoc adspectu frui permittebatur. Sed quid refert de reliquis dicere, si nec mulieres quidem, in «lupanaribus probrum necessarium sortitae vitam, libere sinistra for-«tuna frui permittebantur, sed venalem faciebant corporis prostitutio-«nem, et sobriae vitae praemium abjiciebatur; et ut rem verbo di-«cam; e communi calamitate imperatoris thesaurus implebatur. Horum «priores quidam imperatores, qui benigni videbantur, miserti sunt, «medelam vero adferre non poterant; voluerunt solum, et vel in eo «virtutem quandam ostenderunt, in opus autem id ferre tanquam im-«possibile quid considerabant. Oportebat enim et hoc tibi asservari; «ut a te simul cum reliquis in opus deduceretur, ne scilicet tanta vir-«tus lateret; si deessent, quibus se pro dignitate manifestaret. Hinc «omnis sordidi lucri cogitationem despiciens, et damnum miratus lau-«datum; voluisti, annuisti, et res effectum sortita est. Sed non eous-«que tantum beneficentia tua progressa est, sed ne etiam in posterum «pravis haec adesse possint; omnis de hoc tributo notitia igui tradita, «et una cum afflictoribus horum notitia sublata est: haec enim tan-«quam Hydrae, ne iterum elevent capita exuri jussisti, tuum imi-«tatus Herculem. Aristides quidem inconsveta tributa Graecis ordi-«nans, justi cognomen retulit; ita ut siquis Aristidem diceret, justum «adponeret: tu vero de tributis adeo magnis, tanquam communi Erinny «aliter subditis constituens, quodnam jure cognomen obtineres? Par-«va enim sunt respectu horum ea, ob quae admirationem consecuti «sunt Aristides et Pisistratus, qui cum decimam omnium, quae regio «produceret, Atheniensibus constituisset in tributum, juxta Hymetum «Atticam pertransiens, senemque conspexisset quendam petram co-«lentem, et fatigiis despondentem animum, commiseratione, ut de-«cens erat, tactus, mittens interrogabat; quos nam ei fructus saxum «hoc ferret? Illo vero graviter ingemiscente, et dolorem respondente «ac malorum copiam, et horum decimam Pisistrato praestandam esse «subdente, ignorabat quippe tyrannum adesse: sermone isto sibi rela-«to, patientiam admiratus, magnum aliquid se donare existimans, pe-«tram a tributo immunem seni permisit; unde in beneficentiae memo-«riam, locus iste a tributo immunis cognominatus est. Sed quid ego Pi-«sistratum commemoro et senem unum et sterile illud saxum, respectu «tuae erga omnes subditos liberalitatis; unde et opificum quivis prae-«ter spem felix, et agricola molestiarum consolationem inveniens, in «agris te canit.» — *Evagrius loc. cit. cap.* 39—42. Zosimi auctorita-

tem, qui vectigalis hujus institutionem Constantino M. tribuit, impugnat, quin ipse meliora doceat. Non immerito tamen Zosimum notam subire putat *Reitemeierus in commentario ad Zosimi loc. cit. pag.* 559: «primum, quod meretricibus etiam chrysargyrum solvendum fuisse tradit, nam tributum πορνικον, a mulierculis pudicitiam prostituentibus cum collatione lustrali, ex qua Chrysargyrum ortum est, «confuderunt tum Zosimus, tum alii, Zonaras, Cedrenus et ipse Evagrius in nostrum insurgens. Deinde Chrysargyrum non quadriennio «quoque, sed quinquennio pendendum fuit, quem quidem dissensum «Pagius in dissertatione hypatica ita tollere allaboravit, ut aut Constantinum, intervallo solutionis tributi coangustato, quinquennale «mutasse tempus statuat, aut τετραετηρικον lustrum, eadem, qua «Olympias intelligitur, ratione interpretetur; quae quamvis quatuor «modo annorum spatium comprehendat, lustrum tamen vocatur. Deinde manifeste Zosimus labitur, auctorem istius tributi Constantinum «prodens, quia jam Severi imperatoris aetate illud occurrit. Quid igitur fuit quod immutaret Constantinus in tributorum ratione? Forsan «major fuit in illis exigendis severitas, et cives gravius quam unquam «antea vexati sunt. Saltem *Libanius (orat. contra Florentin. edit. Morelli. Paris.* 1627 *tom. II. pag.* 427) huic opinioni patrocinatur: λε«γέσθω τοίνυν καὶ τὸ τ'ἄλλα πάντα νενικηκὸς· τοῦτο δ'ἐστὶν ὁ «ἀφόρητος φόρος, ἄργυρος καὶ χρυσὸς, φρίττειν προσιούσας ποιῶν «τὰς δεινὰς πεντετηρίδας: ὄνομα μὲν γὰρ εὐπρεπὲς ἀπὸ τῶν ἐμπό«ρων τῷ πόρῳ τούτῳ· τῇ θαλάττῃ δὲ ἐκείνων εἰς διάδοσιν χρω«μένων, οἷς μόλις ἄρτου προσφέρουσιν αἱ χεῖρες, ἀπόλλυνται, «διαφεύγει δὲ οὐδὲ νευροῤῥάφος, οὓς ἐγὼ πολλάκις εἶδον τὴν σμί«λην εἰς οὐρανὸν αἴροντας, ὀμνύντας μὲν ἐν αὐτῇ τὰ πάντα εἶναι «σφίσιν· οὐ μὴν τοῦτό γε αὐτοὺς ἀπαλλάττει τῶν ἐγκωμίων, καὶ «ὑλακτούντων, καὶ μόνον οὐ δακνόντων· οὗτος ὁ καιρὸς πλείω «τὴν δουλείαν καθίστησιν ἐκβάλλων ἐλευθερίας τοὺς ἀπὸ τῶν «γονέων πωλουμένους, οὐχ ἵνα αὐτοῖς δέξηται τὴν τιμὴν τὸ κι«βώτιον, ἀλλ' ἵνα αὐτὴν ἴδωσιν εἰς τὴν τοῦ κατεπείγοντος δε«ξιὰν ἐρχομένην.» «Quam ob rem dicatur id, quod etiam alia cuncta «commovit vicitque; hoc autem est tributum intolerabile, non feren«dum, argentum et aurum, quod exhorrescere efficit accedentia dira «quinquennalia, sed enim nomen speciosum et decorum a mercatori«bus huic quaestui: aequore autem illis ad distributionem utentibus, «quibus aegre panem manus porrigunt, nec vero effugit nervorum sar-

«tor sutorque, quos ego saepe vidi scalprum in coelum tollentes, ad-«jurare in ipso scalpro omnia sibi reposita esse: nec tamen hoc ipsos «abducit ab elogiis et latrantium et tantum non mordentium. Haec «occasio servitutem majorem constituit, extrudens a libertate eos, qui «a parentibus veneunt, non ut ipsis pretium arcula accipiat, sed ut «pecuniam videant ad festinantis dexteram venientem.» Hactenus eruditus Zosimi interpres; fateor tamen me omnino non videre quonam pacto vectigal, quod «lustralem auri collationem» vocat *Codex Theodosianus*, a «Chrysargyro» diversum fuerit, prius enim publicum et ut ita dicam officiosum, posterius triviale ejusdem exactionis nomen fuisse concedas necesse est; et a scortis certe simul et exoletis pendendum fuisse vectigal, a quo neminem omnino mortalium, a primis regni magistratibus et aulae imperatoriae ministris, ad eos usque qui extrema paupertate oppressi stipe victitabant, si tamen monachos quosdam excipias, imo nec canes et jumenta immunia fuisse constat, uno ore scriptores praedicant, si Priscianum nostrum demas, qui tamen et infra vers. 223 — 227 ubi de trucibus in Circo venationibus, hominumque cum feris pugnis, ab Anastasio suppressis loquitur, ludicra quaedam et libidine plena spectacula ab eodem proscripta fuisse, silentio praeterit. Hinc etiam minus placet ingeniosa *Gothofredi* conjectura, qui *in commentario ad Codicis Theodosiani XIII. tit. 1. de lustrali collatione, edit. Marvillii, Lugd.* 1665 *tom. V. pag.* 5 *apud Zosimum l. c.* ἑταίρους pro ἑταίρας legendum putat; ita ut non de meretricibus, sed de operariis, qui manu victum quaerebant, veluti figulis aut fabris sermo sit: miror tamen summum *Heyneum in not. crit. ad Zosimum pag.* 165 ex eo potissimum, quod nihil de Chrysargyro operariis imposito constet, et ex adjecto δυσπυχεῖς, receptam lectionem tueri; alteram vero Gothofredi conjecturam, qua Zosimum putat in tabernariis i. e. tabernas negotiatorias exercentibus lapsum fuisse, cum hi Chrysargyrum solverint, non vero meretrices, tolerabiliorem pronuntiare: cum tamen operariis aeque ac tabernariis et meretriculis vectigal hoc impositum fuisse, scriptores, quorum loca supra recitata sunt, disertis verbis testentur. *Cfr. Assemanum Biblioth. orient. tom. I. pag.* 268. *Zonaram Libr. XIV. pag.* 34 *et Glycam pag.* 225. — *Tillemontium hist. des emper. tom. VI. pag.* 541 *e Cedreni loc. cit.* duplex Chrysargyri genus ab Anastasio sublatum fuisse, elicere volentem, graviter esse lapsum, monuit *Villoisonius anecdot. graec. tom. II. pag.* 38. — Tributo hoc sublato, sacris largitionibus reditus de proprio subministrasse Anastasium testatur *Malala libr. XIV. edit. Venet. tom. II. pag.* 41. Quid vero fuerint sacrae hae largitiones (θεῖαι λαργιτίωνες)

abunde docent *Scholiastes ad Basilic. Eclog.* 7 *et Chilmeadus ad Malalae l. c. pag.* 56. Cfr. praeterea *Dempsterum ad Corippi Panegyr. Justin. Libr. II. vers.* 250 *edit. cit. pag.* 208. *Meursium ad Eumenium in Panegyr. veterib. ab Arntzenio Traject.* 1790 *editis, pag.* 420 *et Puteanum et Livineium ad Mamertinum ibid. pag.* 657. — Eodem tempore, aut paulo post novum vectigalis genus excogitavit Anastasius, exigendi tributa rationem immutavit, juraque magistratuum municipalium arctioribus limitibus circumscripsisse videtur, qua propter ab eodem *Evagrio Libr. III. cap.* 42. *edit. cit. pag.* 377, qui eum ob Chrysargyri abolitionem summis extulerat laudibus, acerbe carpitur: «τὰ μὲν οὖν λελεγμένα, βασιλικῶς τῷ Ἀναστασίῳ κατώρθωτο. «πέπραχε δὴ τούτων οὐκ ἄξια, τήν τε καλουμένην χρυσοτέλειαν «ἐπινοήσας, καὶ ἀπεμπολήσας τὴν στρατιωτικὴν δαπάνην κατὰ «τῶν συντελῶν ἐς τὸ βαρύτατον. περιεῖλε δὲ καὶ τὴν τῶν φόρων «ἔσπραξιν ἐκ τῶν βουλευτηρίων, τοὺς καλουμένους βίνδικας «ἐφ' ἑκάστῃ πόλει προβαλλόμενος, ἐσηγήσει φασὶ Μαρίνου τοῦ «Σύρου, τὴν πορυφαίαν διέποντος τῶν ἀρχῶν, ὃν οἱ πάλαι ὕπαρ«χον τῆς αὐλῆς ἐκάλουν. ὅθεν κατὰ πολὺ οἵ τε φόροι διερρύησαν, «τάτε ἄνθη τῶν πόλεων διέκεσεν. ἐν τοῖς λευκώμασι γὰρ τῶν «πόλεων, οἱ εὐκατρίδαι πρόσθεν ἐνεγράφοντο, ἑκάστης πόλεως «τοὺς ἐν τοῖς βουλευτηρίοις ἀντὶ συγκλήτου τινος ἐχούσης τε «καὶ ὁριζομένης.» «Ea quidem, quae superius commemoravi, prae«clare et pro imperatoria majestate ab Anastasio gesta sunt. Idem ta«men quaedam egit prioribus illis minime respondentia. Nam et Chry«soteleiam excogitavit, et militarem sumptum gravissimo pretio taxa«vit in damnum provincialium. Praeterea tributorum exactionem ad«emit curiis civitatum, institutis per singulas urbes vindicibus quos «vocant, impulsu ut aiunt Marini Syri, qui supremam omnium digni«tatem gerebat, quam antiqui praefecturam praetorio appellabant. Ex «quo factum est, ut maxima ex parte tum tributa intercíderent, tum «civitatum decus imminueretur. Nam antiquitus in albo singularum ci«vitatum nobilissimi quique adscripti erant, cum una quaeque civitas «eos, qui in curiam erant relati, instar senatus cujusdam haberet.» Vectigalis hujus instituti rationem paulo exactius reddit *Malala Libr. XVI. edit. Venet. tom. II. pag.* 39: «ὁ δὲ θειότατος βασιλεὺς Ἀνα«στάσιος ἐποίησε χρυσοτέλειαν τῶν ἰούγων τοῖς συντελεσταῖς κά«σι, διὰ τὸ μὴ ἀπατεῖσθαι τὰ εἴδη, καὶ διαρρέεσθαι ὑπὸ τῶν «στρατιωτῶν.» «Divinissimus autem imperator Anastasius tributum

«aureum pro singulis jugis per imperium pendendum instituit: ne sci-«licet ab exactoribus in specie, militibus in victum erogandum, col-«ligeretur. Cfr. *Valesium ad Evagrii loc. supra citatum, et vid. infr. ad vers.* 198.

Vers. 150—151. Vide *Zosimum l. c.*

Vers. 152. Chrysargyrum, quasi aurargentum dicas: «*ὄνομα δυσ-«τυχὲς τοῖς ὑπηκόοις, χρυσὸς καὶ ἄργυρος εἰς μὰν ἐλθόντες προς-«ηγορίαν*» *Procopius Gazaeus l. c.* «*λέγεται χρυσάργυρον ἀνδράσι «φιλολόγοις.*» *Constantinus Manasses l. c.* quem locum *Leunclavius* parum accurate reddit: «Chrysargyrum (quasi aurargentum dicas,) pu-«blicani nuncupabant.»

Vers. 156—158. Operariis, manu quotidianum victum procurantibus Chrysargyrum impositum fuisse, imprimis urget *Priscianus*. Vide *Libanium loc. cit.* et *Procopium Gazaeum l. c.* Scriptores syriaci nonnisi de Chrysargyro opificibus et artificibus imposito mentionem faciunt. Sic auctor *Chronici Edesseni apud Assemanum Biblioth. orient. tom. I. pag.* 268 *not.* 1. «Anno Graecorum 809 (Chr. 498) mense Majo «remissum fuit aurum artificibus universae terrae» et *Josua Stylites ibid.* narrat, Anastasium condonari jussisse aurum, quod artifices quarto quoque anno persolvebant, eosque a tributo liberos fecisse, nec vero Edessae solum edictum hujusmodi promulgatum fuisse, sed etiam in cunctis Romanae ditionis urbibus. Addit; hoc Edessenorum vectigal, singulis quatuor annis libras auri centum et quadraginta confecisse, ejusque abolitione in laetitiam effusos cives Edessenos, ad templum St. Sergii et St. Simeonis cum cereis et thuribulis concessisse, psalmos canentes, et gratias Deo agentes, simulque laudantes imperatorem, decrevisse autem solennitatem ejusmodi, recurrente eadem die quotannis esse celebrandam. Ex his *Assemanus* chrysargyrum in diversis urbibus diversum fuisse praetendit, et Edessae non ex turpi corporis quaestu, ut Evagrius et Cedrenus narrant, sed ex officinis artificum dumtaxat colligi consvevisse.

Vers. 160—161. Timotheum Gazaeum, *de quo Tzetzes Chiliad. IV. cap.* 128.

«— — — — *Τιμόθεος γραμματικὸς Γαζαῖος*,
«*Ἀναστασίῳ βασιλεῖ σύνδρομος ὢν ἐν χρόνοις*,»

imprimis respicere videtur h. l. Priscianus noster, narrat enim *Suidas voce Τιμόθεος Γαζαῖος (edit. Küster. tom. III. pag.* 475) «*γραμ-«ματικὸς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως, εἰς ὃν καὶ «τραγῳδίαν ἐποίησε περὶ τοῦ δημοσίου τοῦ καλουμένου χρυσαρ-*

«γύρου.» «Timotheus Gazaeus grammaticus, vixit temporibus Ana-«stasii imperatoris, in quem etiam tragoediam composuit de Chrysar-«gyri tributo.» Idem testatur *Cedrenus l. c.* qui addit, Anastasium hoc potissimum carmine ad abolendum Chrysargyrum permotum fuisse.

Vers. 161 — 162. In Circo nempe, ubi imperatores diademate ornari consueverant. Vid. *Cedrenum pag.* 375.

Vers. 164 — 170. Cfr. auctores supra citatos, imprimis Evagrium. — Solenne fuit imperatoribus byzantinis chartas, quas abolere vellent, in Circo spectante populo concremare. *Vid. Corippi Panegyr. Justin. Libr. II. vers.* 362 — 400.

Vers. 172 — 173. Isaurorum duces Longinus Selinuntius et Indes vivi capti, triumphali pompa per vicos urbis et Circum traducti, teste *Evagrio Libr. III. cap.* 35. *edit. cit. pag* 369: «Καὶ ὁ ἕτερος Λογγῖ-«νος, τὸ πολὺ τῆς τυραννίδος συνέχων, ὁ ἐπίκλην Σελινούντιος, «καὶ Ἰνδὴς σὺν αὐτῷ, πρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Κυρτοῦ στέλ-«λονται τῷ Ἀναστασίῳ ζωγρίαι· ὅ μάλιστα τόν τε βασιλέα, τούς «τε Βυζαντίους τεθεράπευκε, θριάμβου δίκην ἀνὰ τὰς λεωφόρους «τῆς πόλεως, ἀνά τε τὴν ἱπποδρομίαν Λογγίνου τε καὶ Ἰνδου «περιενεχθέντων, καὶ τῶν ἐκ σιδήρου πεποιημένων ἁλύσεων ἀνὰ «τοὺς αὐχένας καὶ τὰς χεῖρας περιβεβλημένων.» «Alter vero Lon-«ginus, cognomento Selinuntius, praecipuum robur tyrannicae factio-«uis, et cum illo Indes, a Joanne cognomento Gibbo vivi capti sunt, «et ad imperatorem Anastasium missi, quae res et imperatorem et po-«pulum Constantinopolitanum magnopere recreavit, cum Longinus et «Indes, tanquam in triumphali pompa per vicos urbis et in Circo tra-«ducerentur, catenas ferreas collo ac manibus circumpositas gestan-«tes.» Cfr. et *Marcellinum Comitem pag.* 46.

Vers. 183 — 192. Plurima ab Anastasio per diversas imperii provincias magnifice aedificata sunt. Hieropoli aquaeductum, in litoribus Thraciae longum murum aedificavit, Caesareae portum, Alexandriae pharum restauravit, teste *Procopio Gazaeo op. cit. tom. II. pag.* 41 *seq.*: «Πόλις ἐστὶν ἱερὰ, τῶν πρὸς ἥλιον ἀνισχόντων, πολυάνθρωπος, «ἐκ τῆς εὐσεβείας φέρουσα γνώρισμα, καὶ ταῖς θείαις τελεταῖς «τῶν ἄλλων προβεβλημένη· ὅθεν εἰς ταύτην φοιτῶσιν Ἰνδοὶ, καὶ «Πέρσαι, καὶ Φοίνικες, καὶ Σκυθῶν γένη, καὶ τὰ σεμνὰ τῆς «Ἑλλάδος, Ἰωνία τε πᾶσα· καὶ ὥσπερ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γέ-«νους κοινήν τις ἂν εἴποι πατρίδα. αὕτη τῶν ὑδάτων ἐνδεία, με-«τὰ τῶν οἰκητόρων καὶ τοὺς πανταχόθεν ὄντας ἐλύκει. τοσαῦτα

«γὰρ παρεῖχεν, ὅσα τῶν ὄμβρων ἡ τύχη· καὶ ἀντ' ἄλλου τινὸς,
«ὑδάτων θησαυροὺς ἐπεποίηντο· καὶ τὴν ἔνδειαν σοφιζόμενοι,
«πρὸς τὸ δεινὸν οὕτω μόλις ἀντεῖχον, ἀλλὰ μέχρι σοῦ καὶ τοῦτο
«πάλιν ἐλύπει· τήν τε γὰρ πόλιν ᾠου δεῖν τιμᾶσθαι τὰ πρέπον-
«τα· καὶ δεινὸν ἡγούμενος διὰ μιᾶς τάυτης πάντας ἀνθρώπους
«πειρᾶσθαι τῶν δυσχερῶν, ὀχετοὺς ὑδάτων εἰς ὕψος ἐπάρας, καὶ
«εἰς τ' αὐτὸν ἀγαγὼν τὰ μὴ διανεσπηπότα τοῖς μετεώροις, καὶ δι'
«ἀνωμάλου καὶ τραχείας γῆς εὐθείαν ὁδὸν διατυπώσας τῷ ῥέυ-
«ματι, πηγὰς διὰ τάυτης πόῤῥωθεν συνῆπτες καὶ ἐν αὐτοῖς δια-
«φανῆ καὶ ἄφθονα ῥεύματα πεμπούσι, τῇ τῆς φορᾶς ὀξύτητι νι-
«κῶντα τὴν θέαν· ὡς καὶ τοῦς ἀφικνουμένους ἐπ' ἀδείας πανη-
«γυρίζειν, καὶ σὺν ἡδονῇ πάντας ἐνδιαιτᾶσθαι. — πάλιν τὰ καθ'
«ἡμᾶς· τοῦ Καίσαρος πόλιν ἐπώνυμον, ἀπειρηκότος αὐτῇ τοῦ
«λιμένος τῷ χρόνῳ, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀπειλὴν θαλάττης ἠνεωγ-
«μένου, καὶ μηκέτι σώζοντος τὴν κατηγορίαν τοῖς ἔργοις, ἀλλ'
«ἐκ τῆς παλαιᾶς τύχης ψιλὸν τοὔνομα κεκτημένου, οὐ περιεῖδες
«δεομένην, καὶ θρηνοῦσαν ἀεὶ τὰς ὁλκάδας, αἳ πολλάκις διαφυ-
«γοῦσαι τὸ πέλαγος, ἐν τῷ λιμένι τὴν ναυαγίαν ὑπέμειναν. καὶ
«οἱ δεόμενοι τῶν φορτίων, ἐλεεινότερον εἶχον τὸ πάθος. διαφθει-
«ρόμενα γὰρ ἑώρων ὧν ἐν χρείᾳ τυγχάνοντες, ἀνόνητον εἶχον τὴν
«θέαν. ἀλλὰ γὰρ σοῦ βουληθέντος νεάζει. καὶ θαρσοῦσα, δέχεται
«τὰς ναῦς· καὶ πλήρης τῶν ἐπιτηδείων ἡ πόλις. — παραπλήσιον
«δέ τι πάθος, μικροῦ δεῖν καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου κατείληφε. πῦρ-
«γος γὰρ ἄγαν ὑψηλὸς παλαιᾶς ἔργον εὐδαιμονίας, ἐπ' ἄκρου
«τοῦ λιμένος ἀνέχων, ἐγείρει φλόγα τοῖς ἐκ πελάγους σωτήριον·
«καὶ παραμυθεῖται τοὺς ἐκ θαλάττης, προμηνύων τὴν πόλιν. πρὸς
«τοῦτον κυβερνήτης ὁρῶν, ἰθύνει τὸ σκάφος, καὶ τὴν ναῦν ἀπεί-
«ρατι σώζει τῶν παρακειμένων κινδύνων· οἱ δὲ ναῦται πρὸς τὴν
«θέαν ἡδόμενοι, προτοῦσιν εὐθὺς, καὶ δεικνυσιν ἄλλος ἄλλῳ,
«καὶ τὴν πόλιν ἔχειν κατεπαγγέλλονται· καὶ ἁπλῶς εἰκεῖν, ἡδο-
«νὴν ἅμα καὶ σωτηρίαν τοῖς ἀφικνουμέναις χαρίζεται· τοῦτον ἡ
«θάλαττα κατὰ νώτου προσβαλοῦσα καὶ γυμνοῦσα κατ' ὀλίγον
«τῶν προβλημάτων, πλησίον ἤδη γενομένη, διέσειέ τε καὶ, μι-
«κροῦ δεῖν, καθεῖλεν εἰς ἔδαφος. ἀλλ' ἔφθασας τῇ θεραπείᾳ τὸ
«πάθος· ἀῤῥαγέσι γὰρ προβόλοις τοῦτον ἀποφραξάμενος, καὶ δυσ-

«μάχῳ θαλάττῃ μάχεσθαι δυναμένοις, ἀθάνατον ἀπέδωκας τῇ πό-
«λει τὸ πτῆμα. — καὶ τί δεῖ καθ' ἕκαστον ἀπαριθμεῖσθαι, τείχη,
«καὶ λιμένας, οἰκοδομημάτων τε πάλλη, καὶ χρημάτων ἀφθο-
«νίαν, εἰς παρασκευὴν τροφῆς φιλοτιμούμενα; τί δὲ τὸ μέγιστον
«καὶ πρεῖττον πάσης ἐννοίας τεῖχος ἐγειρόμενον, ὑψηλόν τε καὶ
«μέγα δι' ὅλης ἐν μέρει τῆς θράκης ἀγόμενον; ἐπ θαλάττης γὰρ
«εἰς θάλατταν ἕλκεται, τοῖς βαρβάροις ἀποκλεῖον τὴν ἔφοδον,
«καὶ πᾶσαν πολεμίων ἀπωθούμενον προσβολήν. ὡς μικρὸν πρὸς
«τοῦτο καὶ τὸ θεμιστοκλέους εἶναι, κλάτους ἕνεκα καὶ τὰς ἀμά-
«ξας ἀμφοτέρας φέρειν, εἰ καὶ πρὸς τοὐναντίον ἀλλήλαις ἐπὶ
«τοῦ τείχους ἐχώρουν. οἶμαι γὰρ ἄν, εἰ περιῆν Ὅμηρος, καὶ τοι-
«ούτων ἔργων καθίσταο θεατὴς, ἀφέμενον αὐτὸν τῆς μήνιδος τῆς
«Ἀχιλλέως, καὶ μιᾶς ἐμπεπλαμένης ὁλκάδος, πολλάκις ἐνταῦθα
«παλέσαι τὰς Μούσας ὅπως ποιητικῇ μεγαλοφωνίᾳ μὴ τῆς ἀξίας
«ἄγαν ὑστερίζῃ τῶν ἔργων.» «Urbs est sacra in oriente, populosa
«et nota a pietate, aliisque divinis mysteriis praestantior; quare fre-
«quentant hanc Indi, et Persae, et Phoenices, Scytharumque gentes,
«et sanctuaria Graecorum Joniaque omnis, et tanquam humani generis
«communem quis diceret patriam. Haec igitur aquarum defectu tum
«incolas, tum adventantes undequaque peregrinos affligebat. Tantum
«enim praebebat, quantum dabant imbres, ita ut prae aliis aquarum
«thesauros colligerent, quorum defectum considerantes, tanto malo
«vix sufficiebant. Usque ad tuam igitur aetatem hoc affligebat eos ma-
«lum; tu vero et urbem decenter honorandam et horrendum reputans,
«ob unam hanc calamitatem tantos homines affligi et experiri molestias;
«canales in altitudinem elevans, et in idem deducens, atque per aspe-
«ram terram rectam viam undae parans, fontes eminus connexuisti, qui
«limpidas et copiosas nunc mittunt aquas, fluxus celeritate vel ipsum
«vincentes adspectum; ita ut adventantes te laudent, et cum volup-
«tate omnes domicilium capiant. — Et iterum nostra aetate a Caesare
«cognominata urbs, portu ejus vetustate collapso, et omnibus maris
«injuriis aperto, non amplius cognominationem merebatur operibus,
«sed ex antiqua fortuna nudum retinebat nomen. Tu vero non despe-
«xisti indigam et deflentem semper naves, quae saepe effugientes pe-
«lagum in ipso portu naufragium passae sunt. Hinc indigentes mer-
«cium miserabili affligebantur sorte, destructa enim videbant ea, qui-
«bus in necessitatibus suis opus habebant, inutile videntes spectacu-
«lum. Sed te volente juvenescit, et recipit animas, exeipit naves, et

«plena est comeatu urbs. — Similis fere calamitas etiam Alexandriam «occupavit; turris enim praealta, antiquae opus felicitatis, in summo «portu exsurgens, excitabat flammam, ex mari adventantibus salutarem, consolatur enim illos, qui per mare veniunt, urbem indicans, «et ad illam aspiciens gubernator, dirigebat navim, eamque secure «salvat ab instantibus periculis; nautae vero spectaculo gaudentes «plaudunt, et ostendunt sibi invicem, se urbem tenere annuntiantes; «et ut simpliciter dicam, gaudium simul et salutem advenientibus praebet. Hanc ergo mare ad tergum alluens, et nudans sensim munimentis, parum abfuit; quin diruisset, evertissetque funditus. Sed praevenisti calamitatem medela, infringibilibus enim, et vel cum ipso inexpugnabili mari pugnare valentibus munimentis obvallans, immortale «reddidisti urbi bonum. — Sed quid refert recensere per singula muros, et portus, aedificiorumque venustatem et pecuniarum abundantiam, in victus praeparationem impensam? Quid vero maximus ille, «et omnem cogitationem excedens murus? qui per totam Thraciae partem ductus, a mari in mare protenditur, barbaris praecludens invasionem, et omnem hostium retrudens aggressionem, ita ut respectu hujus etiam ille Themistoclis murus parvus esse videatur, tantae enim «est latitudinis, ut duos currus ferat, etiamsi in contrarium sibi invicem occurrerent. Opinor autem Homerum, si superesset, et talium «operum constitueretur spectator, deserentem iram Achillis, et impletam navim unam, saepe hic invocare Musas, ne poetica deficeret eloquentia, ad dignitatem horum operum exprimendam.» Cfr. etiam de aedificiis ab Anastasio exstructis: *Procopium Caesar. de aedif. Libr. IV. cap.* 9. *pag.* 86. *Evagrium Libr. III. cap.* 39. *edit. cit. pag.* 371. *Suidam voce* Ἀναστάσιος *edit. cit. tom. I. pag.* 182 *et voce* τεῖχος *tom. III. pag.* 457. *Chronicon Alexandrinum edit. Rader. Monachii*, 1615, *pag.* 762. *Zonaram pag.* 58. *Malalam tom. II. pag.* 46. *Cangium Constantinop. christ.* 2. *pag.* 114 *et Petrum Gyllium Constantinop. topograph. Libr. II. cap.* 21. — Etiam Constantinopolim pluribus aedificiis ornavit Anastasius. Palatium imperatorium confecto bello Isaurico restauravit, *vid. epigramma vetus in Brunckii analect. graec. tom. III. pag.* 135 *et apud Bosschium tom. II. pag.* 515. *Cedrenum pag.* 322. et cfr. *Bandurii Cplim. christ. tom. II. pag.* 851. *Heyneum in Comment. tom. XI. pag.* 279 et imprimis *Jacobsium ad Antholog. graec. tom. XI. pag.* 260. Cisternam Mocensem resuscitavit, teste *Zonara tom. II. pag.* 56. *Suida voce* Ἀναστάσιος *tom. I. pag.* 182 *et Codino origin. Constantinop. pag.* 50, portum autem repurgare jussit, narrante *Marcellino Comite pag.* 51: «Ind. II. Opportuno solo Consule, portus Ju-

«liani, undis suis rotalibus machinis prius exhaustus, coenoque effos-«so purgatus est.» Bibliothecam a Juliano imperatore exstructam, Basilisco imperante igne absumtam, ab Anastasio, non autem a Zenone, ut passim creditur, restauratam fuisse, *Heyne in comment. tom. XI. pag.* 49 suspicatur. *Cfr. Bandurii Constantinop. christ. tom. II. pag.* 843 *et Jacobsium ad Antholog. tom. XI. pag.* 559 *et* 260.

Vers. 193. Anastasii decretum, quo annonam militarem, a vectigalibus prius in specie pendi solitam, auro relui jussit, respicere videtur. Vid. *Malalam edit. Venet. tom. II. pag.* 39 *et cfr. Justiniani Novellam XVII. a Chilmeado ad h. l. citatam.* Cfr. et supra ad vers. 150—170 et mox infra ad vers. 198.

Vers. 198. «*Equites*,» sive «*cursuales ministri*,» ut vocantur apud *Cassiodorum Var. Libr. V. ep.* 5. *edit. Lugd.* 1595 *pag.* 269. Cfr. *Dempsterum ad Corippi Panegyr. Justin. Libr. III. vers.* 160. *edit. cit. pag.* 235.

Vers. 198—205. Magistratus antea venales, eodem ut videtur tempore, quo Chrysargyrum abolevit, gratis conferendos declaravit, teste *Theophane pag.* 123: «ἀρχὰς ὠνίους οὔσας δωρεὰν προεβάλλετο,» Theophani contrarius *Suidas voce* 'Αναστάσιος *cf. edit. cit. tom. I. pag.* 181 refert de nostro: «τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας ἀπεμπολῶν, καὶ τοῖς «ἀδικοῦσι συγχωρῶν, καὶ πρόσγε χρημάτων ἀπόρεστον ἐπιθυ-«μίαν τραπείς. ὡς πενὰς ἐντεῦθεν γενέσθαι καταλόγων τὰς ἐπαρ-«χίας.» «Magistratus quidem pretio venditos pessimis viris distribuit, «et inexplebili avaritia flagrans, provincias militaribus praesidiis nu-«davit,» Proposito igitur non stetisse videtur Anastasius, atque magistratus quos aliquandiu gratis contulit, postea majorum more vendidit; si tamen verum est quod *Goarius in notis ad Theophanem pag.* 582 affirmat; id ipsum lectiones varias ad Theophanis l. c. exprimere, cujus rei vestigium in variantium lectionum textus graeci Theophanis sylloge, ab eodem Goario adornata, frustra quaeras. *De Suidae l. c. cfr. etiam infr. ad vers.* 204 — 205. Nec praetermittendum h. l. adversus Suidae cavillationes grave *Procopii Gazaei op. cit. tom. II. pag.* 37 *seq.* testis coacvi, hac de re testimonium: «καὶ τῆς μὲν ἐν πολέμοις «ἀνδραγαθίας» inquit «ἱκανὰ δείγματα περὶ ὧν λέγων ἐπαυσά-«μην ἀρτίως· τῶν δὲ κατ' εἰρήνην ἀγαθῶν μέγιστον ἐκεῖνο, κἀὶ «πολλῶν τῶν κατὰ μέρος αἴτιον, καὶ ὃ μάλιστα πρὸς εὐδαιμο-«νίαν ἄγει τὰς πόλεις. ἐξ οὗ γὰρ ἄρχεσθαι πεφύκασιν ἄνθρωποι, «καὶ βασιλέως προῆλθεν ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα, τῶν κρατούντων «ἕπαστος, ἀπορῶν δι' ἑνὸς σώματος πανταχῇ παρεῖναι τοῖς ὑπη-

«πόοις, διὰ τῶν κατὰ μέρος ἀρχόντων συνέχει τὰς πόλεις. διὰ «τούτων εὐεργετῶν, πᾶσι παρεῖναι δοκεῖ. καὶ ὅπερ ἐπλείπει τῇ «φύσει, μηχανᾶται τῇ γνώμῃ. ταῦτα τοίνυν ἐξ ἀρχῆς οὕτω κα- «λῶς ἐγνωσμένα, νόθοι τινὲς ἄνθρωποι, καὶ παρέγγραπτοι τῇ «βασιλείᾳ, κέρδος ἴδιον τὴν κοινὴν πολιτείαν πεποιημένοι, διέ- «φθειράν τε καὶ πρὸς τοὐναντίον τῆς χρείας μετέβαλον. ὡς γὰρ «οἱ ἐμπορίας τινὸς προεστηκότες, τὰς ἀρχὰς ὠνίους ἐποίουν· καὶ «ἦν ἰδεῖν ἐν ἀρχῆς σχήματι, πιπρασκομένας τὰς πόλεις τοῖς χρή- «ματα δοῦναι καὶ λαβεῖν ἐγνωκόσιν, οὐ τοῖς εὖ ποιεῖν δυναμέ- «νοις. τοιγαροῦν ἅμα τε ταῖς πόλεσιν ἐπεδήμουν, καὶ ἐφ' ᾧ παρ- «ῆσαν, ἐπράττετο, καὶ τῆς κοινῆς συμφορᾶς οἱ τῶν ἀνθρώπων «ἡγεμόνες ἐπλούτουν. ἐξ οὗ δὲ ἡμῖν τὰς πόλεις ἀνέχεις τῷ νεύ- «ματι, ἔγνωμεν ὡς ὁ τῶν χρημάτων ἄπληστος ἔρως, ὁ τὴν δί- «κην ἀπείργων παρ' ἀνθρώποις ἐνδιαιτᾶσθαι, οὐ πάντα νικᾷν, ὡς «ἔοικεν, εἶχεν, ἀλλὰ γάρ ποτε καὶ παραδόξως ἡττᾶσθαι. καί «τοι διὰ τοῦτον, κατὴρ μὲν προδίδωσι παῖδα γύναιον δὲ τὸν ἄν- «δρα, καὶ τὰ γένη κατ' ἀλλήλων ὁπλίζεται. σοῦ δὲ παρακαθη- «μένου τῷ βήματι, πρὸ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν ἡ δίκη. ὥσπερ δὲ ταύ- «της ὁρώσης, μέλλουσι δικασταῖς ἐπιφέρεις τὴν ψῆφον· καὶ εἶλε «σοῦ τις τὴν γνώμην, οὐ χρυσὸν προτεινόμενος, ἀλλ' ἀρετῇ «πλουτῶν, καὶ μεταβάλλειν ἀνθρώπους εἰς εὐδαιμονίαν εἰδώς. «ὁ δὲ Λύσανδρος, εἰ καὶ Σπαρτιάτης ἦν, καὶ σεμνὸν ἐφρόνει διὰ «τὰ πρώην εὐτυχηθέντα, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις τὴν Σπάρτην ἐψεύ- «δετο· τὴν γὰρ τῶν ἀρχόντων αἵρεσιν οὐ προσηκόντως ποισύμε- «νος, φόνου καὶ ταραχῆς τὸ τῶν Ἑλλήνων ἐνέπλησε γένος, καὶ «δι' ἑνὸς γνώμην ἐδυστύχουν αἱ πόλεις.« «Fortitudinis igitur bel- «licae sufficientia argumenta ea, de quibus nunc dicere desii, pacis «vero bonorum maximum illud est, et multorum singulorum bonorum «causa, et quod maxime felices reddidit urbes. A quo enim tempore «inter homines regnum institutum est, regisque prodivit nomen et di- «gnitas, imperantium quivis non valens uno corpore ubique adesse «subditis, per particulares regentes urbes continet, quorum ope be- «nefaciens, omnibus adesse videtur, et quod deficit natura, praestat «intellectu. Haec igitur primum bene ordinata, malae frugis homines «et in imperium intrusi, lucrum privatum rempublicam facientes, de- «struxerunt, atque in damnum converterunt; tanquam enim quaestus «alicujus praesides, magistratus venales faciebant, et erat videre ven-

«ditas in magistratus habitu urbes iis, qui pecunias dare, vicissim et «accipere scirent, non iis qui bene facere possent, peregrinabantur «igitur una cum urbibus, et id in cujus finem aderant negotiabantur, «et e communi calamitate magistratus ditabantur. Ex quo autem tem«pore urbes nostrae tuo nutu sustinentur, cognovimus, insatiabilem «pecuniarum cupiditatem, quae justitiam ab hominum arcet consortio, «omniaque vincere posse videbatur, quandoque inopinata clade affici «posse, licet saepe propter eam pater prodat filium, et uxor virum, «atque familiae adversus se invicem armentur. Te vero in solio consi«dente, ante oculos justitia, et tanquam ea ipsa vidente, de futuris «judicibus fers calculum, tuaque eligitur sententia, non aurum pro«tendens manibus, sed dives virtute, et homines felices reddere sciens. «Lysander autem, etsi esset Spartanus, et ob nupernam fortunam su«perbiret, operibus suis Spartam inficiabatur; in magistratuum enim «electione non debite procedens, caede et conturbatione replevit Grae«ciam, et unius sententia infelices redditae sunt urbes.»

Vers. 204 — 205. Apposite ad hunc locum idem *Procopius Gazaeus op. cit. tom. II. pag.* 34 de urbibus adversus barbarorum incursiones munitis, totaque militia Romana ab Anastasio quodammodo regenerata, inquit: «*καὶ τείχη, τὰ μὲν γεγηρακότα νεάζει· τὰ δὲ «νῦν πρῶτον ἀνίσταται· καὶ σωφρονοῦσιν αἱ πόλεις, ἀσφαλῆ πόσ«μον ἐπιδεικνύμεναι τοῖς βαρβάροις· φρούρια δὲ πανταχοῦ τῶν «ὑπηκόων προβέβληται, καὶ στρατιωτῶν ἡλικίᾳ ῥώμῃ καὶ πλή«θει συμπεφραγμένων· ἄνδρες ἀκμῇ ζέοντες, καὶ βλέποντές τι «νεανικὸν, καὶ ὡς ἂν Ὅμηρος εἶπε «θεράποντες Ἄρηος.» οὐχ ὥσ«περ πρώην ἀσθενεῖς, καὶ γεγηρακότες ἐν τοῖς δεινοῖς, ὑπότρο«μοι, καὶ μεθ' ἡμῶν δεδιότες, καὶ τοῦ σώζοντος μᾶλλον δεόμε«νοι.*» «Muri quidem vetustate collapsi juvenescunt, alii nunc pri«mum exsurgunt, et laetae sunt urbes tutum ornatum praetendentes «barbaris. Arces vero ubique subditis propugnacula sunt, munitae mi«litum juvenili robore et copia; viri flore aetatis ferventes, et juveni«le quid referentes, et quemadmodum Homerus inquit: «ministri Mar«tis;» non sicut nuper imbelles, et in periculis aetate confecti, tre«pidi et nobiscum metuentes, et ipsi defensore indigentes.» Huc etiam facere videtur epigramma auctoris incerti a *Salmasio ad hist. August. script. tom. I. pag.* 83 editum, et a *Reiskio Anthолog. pag.* 684 *et Brunckio in analect. graec. tom. III. pag.* 276 repetitum:

«*Εἰς βίβλον ταχτικῶν Οὐρβικίου ἀπὸ ὑπάτων.*

«*Τέρπεό μοι κρατερῶν καμάτων ἐγκύμονι βίβλῳ,*

«Ἦν πάρος Ἀδριανὸς μὲν ἄναξ ἔχεν ἐν πολέμοισι,
«Κρύψε δ' ἀεργίη χρόνον ἄσκετον ἐγγύθι λήθης·
«Ἀλλ' ὑπὸ παρτερόχειρος Ἀναστασίου βασιλῆος
«Ἦλυθον ἐς φάος αὖθις, ἵνα στρατιῇσιν ἀρήξω.
«Οἶδα γὰρ ἀνδροφόνου καμάτους πολέμοιο διδάσκειν·
«Οἶδα δὲ πῶς μετ' ἐμεῖο καὶ ἐσπερίης ἁλὸς ἄνδρας
«Καὶ Πέρσας ὀλέσειας, καὶ αἰνομόρους Σαρακηνοὺς,
«Καὶ θοὸν ἱπποπέλευθον Ἀρειμανέων γένος Οὔννων,
«Πετράων τ' ἐφύπερθεν ἁλυσκάζοντας Ἰσαύρους·
«Παντὰ δ' ὑπὸ σκήπτροισιν Ἀναστασίοιο τελέσσω,
«Ὅν καὶ Τραϊανοῖο φαάντερον ἤγαγεν ἠὼς.»

Hugone Grotio interprete, apud Bosschium Antholog. graec. tom. III. pag. 425:

«Armigeris foetum sudoribus accipe librum,
«Quem prius in bellis princeps Hadrianus habebat,
«Letheis sed longa quies admoverat undis.
«Nunc sub Anastasio, quo rex haud fortior alter,
«In lucem me reddo, bonum legionibus ingens.
«Ille scit et pugnas et martia facta docere,
«Ille scit occiduo positas in littore gentes,
«Et Persas mecum Saracenaque perdere castra,
«Hunnorumque in equis celeres ad proelia turmas,
«Et toties refugos in devia rupis Isauros.
«Totus Anastasio faciam mox pareat orbis,
«Quem suo majorem Trajano conspicit Eos.»

Ex hoc carmine intelligitur, Hadrianum imperatorem, libro qui in eo laudatur, in bellis usum fuisse, deinde cum forte in oblivionem abiisset, eundem ab Urbicio, temporibus Anastasii e tenebris erutum fuisse, iterumque in bellis usum praestitisse: quo factum est, ut opus ab aliis Hadriano, ab aliis Trajano, (prouti id ex inscriptione carminis in membrana veteri apparet,) a plerisque autem editori Urbicio tribueretur. Cfr. *Salmasium l. c. et Jacobsium ad Antholog. tom. XII. pag.* 194. — Cum his conciliari omnino nequeunt, quae incertus auctor apud *Suidam voce* Ἀναστάσιος *edit. Küster. tom. I. pag.* 181 et de magistratibus ab Anastasio pretio venditis, (vid. supr. ad vers. 198 — 203) et de provinciis militaribus praesidiis nudatis, et de pace a barbaris pecunia redemta narrat: «τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας ἀπεμπο-«λῶν, καὶ τοῖς ἀδικοῦσι συγχωρῶν, καὶ πρόσγε χρημάτων ἀπό-

«ρεστον ἐπιθυμίαν τραπείς. ὡς πενὰς ἐντεῦθεν γενέσθαι παταλό-«γων τὰς ἐπαρχίας, παὶ πρὸς τὸ ἄηθες παὶ ξένον παταπεπλῆχ-«θαι τοὺς ἄνδρας. οὐδὲ γὰρ ὅπλοις τοὺς ἐπίοντας βαρβάρους ἠμύ-«νετο, ἀλλὰ χρήμασι τὴν εἰρήνην ἐξωνούμενος διετέλει.» «Magi-«stratus quidem omnes pretio venditos, pessimis viris concessit, et «inexplebili avaritia flagrans, provincias militaribus praesidiis nudavit, «adeo ut rei novitate et stupore omnes percellerentur. Neque enim in-«cursus barbarorum armis coercebat, sed pacem assidue pretio redi-«mebat.» Quasdam orientis provincias praesidiis et munimentis nuda-«tas, a Saracenis direptas fuisse, innuit quidem *Procopius Gazaeus op. cit. pag.* 33 vid. infra ad vers. 254 — 260 sed his paulo post salutarem medelam tulisse Anastasium, eundem Procopium l. mox cit. praedicantem audivimus; de pace autem a barbaris auro redemta nil plane constat. Rem pessime explicat *Valesius ad Evagrii l. c. pag.* 378, putat enim Anastasium, cum esset in republica gerenda providentissimus, auro pacem a barbaris redimere maluisse, quam ancipiti marte cum eis confligere; quod cum ei ex voto succederet, militares numeros imminuisse, quippe quibus opus non haberet, cum barbari auro deliniti pacem servarent: et legionibus Romanis ad tam exiguum numerum redactis, nihil necesse fuisse, tot species annonarias in horrea publica congerere, satius ergo judicasse Anastasium, pro annona pecunias a provincialibus exigere, quibus pacem a barbaris redimeret. — Bella me Hercule explicatio! et prudentia in principe ex mente boni Valesii nunquam satis laudanda. Doleo tamen tantae moderationis laudem in Anastasium nostrum minime cadere; si quidem imprudentia et temeritate Romano imperatore plane digna, barbaros ubique repressit, urbes propugnaculis munivit, militiam Romanam, aetate et bellis confectam, tironum forti numero regeneravit, atque Cabadi Persarum principi, cum pecuniam ab eo flagitasset, respondit: si mutuam vellet, cautionem scriberet, sin minus; nihil se daturum; et ubi numerata auri quantitate pacem, ne dicam et imperii dignitatem servare potuisset, ancipitem belli fortunam experiri maluit. *Vid. Theophanem pag.* 124 *et Theodorum Lectorem hist. eccles. Libr. II. n.* 52. *edit. cit. tom. III. pag.* 582 *et Josuam Stylitem apud Assemanum Biblioth. orient. tom. I. pag.* 265. De urbibus per varias provincias munitis, vid. *Procopium Caesar. de bello pers. Libr. I. cap.* 7. *pag.* 22 *et cap.* 10. *pag.* 29 *de aedif. Libr. II. cap.* 1. *pag.* 28 *et cap.* 5. *pag.* 59.

Vers. 206 — 217. Imperii varias provincias, diversis sub Anastasio temporibus fame fuisse afflictas varii scriptores testantur, eaque gravissima fuisse videtur, cujus meminit ad annum Anastasii un-

decimum *Gregorius Abul-Pharajus dynast. VII. edit. arab. Pocockii, Oxon.* 1663 *pag.* 148 *vers. lat. ejusd. pag.* 93 et auctor *Chronici Edesseni apud Assemanum Biblioth. orient. tom. I. pag.* 270. — Horrea ab Anastasio constructa commemorat *Procopius Gazaeus op. cit. tom. II. pag.* 42: «*καί τι δεῖ καθ' ἕκαστον ἀπαριθμεῖσθαι, τείχη, καὶ λιμένας, οἰκοδομημάτων τε πάλλη, καὶ χρημάτων ἀφθονίαν, εἰς παρασκευὴν τροφῆς φιλοτιμούμενα.*» *Vid. supr. ad vers.* 183 — 192.

Vers. 218 — 227. De seditionibus et factionibus Circensibus, truculentis item hominum cum feris pugnis, ab Anastasio suppressis loquitur, eadem conjungit *Procopius Gazaeus op. cit. tom. II. pag.* 40: «*Πρότερον γὰρ θέας τινὰς ἤγον ἀπανθρώπους αἱ πόλεις. ἄνδρες γὰρ δυστυχεῖς ἐν μέσῳ δήμῳ παρεδίδοντο τοῖς θηρίοις, θεατὰς ἔχοντες τοὺς τὸ συγγενὲς τῆς φύσεως πεπηρωμένους· καὶ ἥδετό τις, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἀνὴρ, ἄνδρα διασπώμενον θεωρῶν, καὶ μὴ δὲ γῆ τὸ σῶμα κρυπτόμενον, ἀλλ' ὥσπερ ἀντὶ τάφου, τὰς τῶν θηρίων πληροῦντα γαστέρας. — ἕτερα δέ τις παντελῶς πρὸς τοὐναντίον ἀπένευσε θέα· ἄρρενες γὰρ παῖδες, ὥσπερ τὴν ἰδίαν εἰς γυναῖκας ἀμειβόμενοι φύσιν, γυναῖκες ἤθελον εἶναι τῷ σχήματι, καὶ διεπλῶντο τοῖς μέλεσιν, ἀντὶ γλώττης κινοῦντες τὴν χεῖρα, καὶ δῆμον ὅλον πρὸς ἀσελγῆ θέαν ἐκμαίνοντες· ὅθεν ἐκαιόμενοι πρὸς ἔριν ἄνθρωποι καὶ μανίαν, ἐμερίζοντο τῷ μίσει, καὶ κατ' ἀλλήλων ὠθοῦντο. ταῦτα τοίνυν οἷα δή τινα κηλῖδα τῶν ὑπηκόων ἀπεσόβεις· καὶ κατ' ἄμφω σωφρονεῖ τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις· αἱ δὲ πόλεις ἐσώζοντο.*» «Prius spectacula quaedam inhumana celebraverunt urbes, viri enim infelices in medio populo bestiis tradebantur, spectatores habentes cognatos natura, et oblectabatur quis, nescio quomodo, vir virum discerptum spectans, neque terra corpus conditum, sed sepulchri loco ferarum replens viscera. — Aliud huic plane contrarium spectaculum; pueri enim mares tanquam propriam in mulieres mutantes naturam, mulieres esse volebant habitu, et diffringebantur membris, pro lingua moventes manum, populum universum ad libidinosum animabant spectaculum, unde accensi ad contentionem et furorem homines, dividebantur odio, et adversus se invicem propellebantur. Haec igitur tanquam probrum aliquod abrogans, in utroque resipiscit hominum natura, urbesque servatae sunt.» — Truculentas et horrendas in Circo venationes, quibus bestiarii praesentissimo vitae periculo pugnas cum feris inibant,

eodem circiter tempore, quo Chrysargyrum abolitum est, ab Anastasio fuisse sublatas, consentiunt auctores, *Theophanes pag.* 123 *ad annum Anastasii* 10: «*ἀνέστειλε τὸν χρυσάργυρον καὶ τὰ κυνήγια.*» *Theodorus Lector hist. eccles. Libr. II. n.* 53. *edit. cit. tom. III. pag.* 582: «*τὰ κυνήγια ἔπαυσεν*» et *Josue Stylites apud Assemanum Biblioth. orient. tom. I. pag.* 269. — *Τὰ κυνήγια*, quae auctores ab Anastasio suppressa fuisse narrant, de venationibus Circi intelligenda esse, *Pater Goarius in notis ad Theophanis l. c. pag.* 582 multis probare nititur: «venandi exercitium» inquit «ut fit per sylvas, laude dignum, abo«levisse, in Anastasii principis laudem nemo cordatus morum censor «verteret. Adeone cruentum et inhumanum solitae venationis studium, «ut ab imperatore Chrysargyrum extinguente mereretur extingui?» Bene quidem, sed praeter rem. De venationibus Circensibus elegans apud *Cassiodorum Var. Libr. V. ep.* 42. *edit. cit. pag.* 319 locus, qui plane huc spectat: «Si consularem munificentiam provocant, qui peruncta «corporum flexibilitate luctantur, si organo canentibus redditur vicis«situdo proemiorum, si venit ad pretium delectabilis cantilena: quo «munere venator explendus est, qui ut spectantibus placeat, suis mor«tibus elaborat? Voluptatem praestat sanguine suo, et infelici sorte «constrictus, festinat populo placere, qui eum non optat evadere. «Actus detestabilis, certamen infelix, cum feris velle contendere, quas «fortiores se non dubitat invenire. Sola est ergo in fallendo praesump«tio, unicum in deceptione solatium. Qui si feram non mereatur effu«gere, interdum nec sepulturam poterit invenire. Adhuc superstite «homine perit corpus, et antequam cadaver efficiatur, truculenter ab«sumitur. Captus esca fit hosti suo, et illum (proh dolor) satiat, quem «se perimere posse suspirat. Spectaculum tantum fabricis clarum, sed «actione deterrimum, in honorem scythicae Dianae repertum, quae «sanguinis effusione gaudebat. O miserae deceptionis errorem, illam «desiderasse colere, quae hominum morte placabatur! — — — Pri«mus fragili ligno confisus, currit ad ora belluarum: et istud, quod «cupit evadere, magno impetu videtur appetere. Pari in se cursu fe«stinat praedator et praeda: nec aliter tutus esse potest, nisi huic, «quem vitare cupit, occurrerit. Tunc in aëre saltu corporis elevato, «quasi vestes levissimae supinata membra jaciuntur, et quidam arcus «corporeus supra belluam libratus, dum moras discedendi facit, sub «ipso velocitas ferina discedit. Sic accidit, ut ille magis possit mitior «videri, qui probatur illudi. Alter angulis in quadrifaria mundi distri«butione compositis, rotabili facilitate praesumens, non discedendo «fugit, non se longius faciendo discedit, sequitur insequentem, po-

«plitibus se reddens proximum. Ut ora vitet ursorum, ille in tenuem «regulam ventre suspensus invitat exitiabilem feram, et nisi periclita- «tus fuerit, nil unde vivere possit acquirit. Alter se gestabili muro «cannarum, contra saevissimum animal, erinacei exemplo, receptatus «includit, qui subito in tergus suum refugiens, intra se collectus ab- «sconditur, et cum nusquam discesserit, ejus corpusculum non vide- «tur; nam sicut ille veniente contrario revolutus in sphaeram, natura- «libus defensatur aculeis, sic ille consutili crate praecinctus, munitior «redditur fragilitate cannarum. Alii, tribus ut ita dixerim hostiolis pa- «ratam in se rabiem provocare praesumunt, in patenti area cancel- «losis se postibus occulentes, modo facies, modo terga monstrantes; «ut mirum sit evadere, quos ita respicis per leonum ungues dentes- «que volitare. Alter labenti rota feris offertur, eadem alter erigitur, «ut periculis auferatur; sic haec machina ad infidi mundi formata qua- «litatem, illos spe refovet, illos timore discruciat, omnibus tamen vi- «cissim ut decipere possit arridet. Longum est per tot periculorum «casus sermonibus evagari, sed apte jungendum est, quod ait de in- «feris Mantuanus: quis scelerum comprehendere formas, quis omnia «poenarum percurrere nomina possit? Sed vobis, quibus necesse est. «talia populis exhibere, largitate manus fundite proemia, ut haec mi- «seris faciatis esse votiva. Alioqui violenta compulsio est, solennia do- «na subtrahere, et mortes detestabiles imperare; et ideo quidquid in «longam consvetudinem antiqua liberalitate pervenit, sine aliqua dila- «tione concedite supplicanti: quia homicidii reatus est, illis esse te- «nacem, quos conditio vestra invitavit ad mortem. Heu mundi error «dolendus, si esset ullus aequitatis intuitus, tantae divitiae pro vita «mortalium deberent dari, quantae in mortes hominum videntur ef- «fundi.» Cfr. etiam Flavii Probi, imperatoris Anastasii e Fl. Hypatio fratre nepotis, ann. 502 Consulis, *Diptychon consulare a Wilthemio editum Leodii*, 1659 cujus picturae recitatum Cassiodori locum egregie illustrant, et quae ab erudito editore ibid. pag. 21 — 26 de venationibus circensibus disputantur. — De factionum circensium sub Anastasio seditionibus et litibus confer praeter *Theophanem pag.* 126 imprimis *Malalam edit. Venet. tom. II. pag.* 38 *et* 39. Factiones circenses ab Anastasio repressas, imperatori gratulatur *Gelasius Papa Concilior. edit. Colet. tom. V. pag.* 311: «Taceo quod pro rebus ludicris «populares tumultus nunc etiam pietatis vestrae auctoritas refraenavit.» Cfr. *Tillemont hist. des emper. tom. VI. pag.* 538. Spectacula (turpia nempe illa de quibus *Procopius Gazaeus l. c.*) anno Chr. 502 ab Anastasio abolita fuisse vult *Josue Stylites apud Assemanum op. cit. tom. I. pag.* 272, pugnas cum bestiis jam anno Chr. 499 suppressas fuisse

narrat *idem op. cit. tom. I. pag.* 269. Ast obstat diptychi consularis anni Chr. 502 supra citati auctoritas, in quo circenses pugnae picturis exprimuntur, quod certe factum non fuisset, si pugnas cum bestiis jam anno Chr. 499 vetuisset Anastasius.

Vers. 228—232. Imo inexplebilis avaritiae accusatur Anastasius binis epigrammatibus Anthologiae, apud *Brunckium analect. graec. tom. III. pag.* 136:

«Εἰκόνα σοὶ, βασιλεῦ κοσμοφθόρε, τήνδε σιδήρου
«Ἄνθεσαν, ὡς χαλκοῦ πολλὸν ἀτιμοτέρην,
«Ἀντὶ φόνου, πενίης τ' ὀλοῆς, λιμοῦ τε, καὶ ὀργῆς,
«Οἷς πάντα φθείρεις ἐκ φιλοχρημοσύνης.»

Hugone Grotio interprete apud Bosschium Anthолog. graec. Libr. II. tit. 50. *epigramm.* 19. *tom. I. pag.* 539.

«Effigiem, ferro populus tibi pessime regum,
«Hanc locat, aere foret nam pretiosa nimis,
«Sanguine pro fuso, pro paupertate fameque,
«Quae mala cuncta tuae debet avaritiae.»

Et isto:

«Ἐγγύθι τῆς Σκύλλης χαλεπὴν στήσαντο Χάρυβδιν,
«Ἄγριον ὠμηστὴν τοῦτον Ἀναστάσιον.
«Δείδιθι καὶ σὺ, Σκύλλα, τεαῖς φρεσὶ, μή σε καὶ αὐτὴν
«Βρώξῃ, χαλκείην δαίμονα περματίσας.»

Grotio interprete l. c. epigr. 20.

«Hic ubi Scylla vorax, juxta posuere Charybdim,
«Illum, dico, ferae mentis Anastasium.
«At tu Scylla vide, ne te quoque devoret ipsam,
«Deque tuo fiant aere pecuniolae.»

Jacobsius ad Anthолog. tom. XI. pag. 262 epigrammata haec catholico cuidam auctori tribuenda suspicatur, Anastasio forte propter Eutychianae haereseos suspicionem infesto. Mihi prius epigramma respicere videtur seditionem illam a Byzantinis adversus Anastasium excitatam, cujus occasione Imperatoris et Imperatricis statuas funibus ligatas a furiosa plebe per urbem tractas fuisse, narrat *Marcellinus Comes pag.* 44. — Posterius fortasse respicit illud: «Anastasii jussu plura ex aere «opera, ex his quae posuit Constantinus Magnus conflata fuisse, ex «quibus propriam statuam effinxit, quam in Tauri columna, cum Theo«dosii Magni statua, quae prius ibi locata fuerat, terrae motu dejecta «esset et comminuta, erexit.» *Vid. Theophanem pag.* 127.

Vers. 233 — 235. Anastasii antequam imperaret mores praedicat *Procopius Gazaeus op. cit. tom. II. pag.* 32: «τοιγαροῦν ἐν τοῖς «βασιλείοις διάγων, εὐδαίμονος βίου παράδειγμα σ'αὐτὸν ἐδείκ- «νυς τοῖς ἄλλοις, ἄρχεσθαι πρὶν ἄρχειν, καλῶς ἐπιστάμενος· εἴπερ «ἀρίστη μελέτη τὴν πρὸς τὸ δέοντως ἄρχειν ὁδὸν λαμβάνειν ἐκ «τῆς τοῦ καλῶς ἄρχεισθαι πείρας. παρῆν γάρ σοι καὶ δοκιμάζειν «ἐπ' ἐξουσίας ὅσα τοῖς κρατοῦσιν ἐπλημμελεῖτο, καὶ ὅσα πρὸς «τὴν τῶν ὑπηκόων εὐδαιμονίαν ἐτέλει· καὶ τὰς αἰτίας ἀνεσκόπεις· «καὶ ἀσφαλῶς ἐπαιδέυου, ὥσπερ ἐν ἑτέρων τύχαις τὴν τοῦ μέλ. «λοντος μελέτην ποιούμενος.» «In regia igitur vitam transigens, «probae vitae exemplar te ipsum reliquis exhibuisti, regi sciens probe, «antequam ipse regnares, siquidem optima ad debite imperandum prae- «paratio est, prius regi experiri. Cognoscere igitur poteras, quanta ab «imperantibus negligantur, et quanta ad subditorum fortunam impen- «dantur, et causas perspiciebas, probe institutus, tanquam in aliorum «fortunis futuri studium reposuisti.» Sic etiam *Gelasius Papa Roma- nus* ad Anastasium scribit, apud *Harduinum in Concil. tom. II. pag.* 894: «Nec me latet imperator auguste, quod pietatis tuae studium fuerit in «privata vita. Optasti semper particeps fieri promissionis aeternae» *et ibid. pag.* 948: «Cui etiam in privata vita tantum circa sincerae reli- «gionis studium fuit, ut, (sicut fama certissima celebravit,) nemo ma- «gis vel inter praecipuos sacerdotes praefixas a sanctis patribus regu- «las ecclesiae custodisse dicatur: quod sanctum studium cum maje- «state imperii crevisse confidimus.» Et *Cedrenus* narrat *pag.* 357: «Τούτου τοῦ Ἀναστάσιου τὸ τῆς βασιλείας σχῆμα λαβόντος ἐν «τῷ τοῦ ἱπποδρόμου παθίσματι, ἅπας ὁ δῆμος ὡς ἐξ ἑνὸς στό- «ματος εὐθυβόλως ἐβόησεν· ὡς ἔζησας, οὕτω καὶ βασίλευσον «δέσποτα. πρὸ ὠδῶν γὰρ ἀλεκτρυόνων εἰς ἐκκλησίαν φοιτῶν, «ἄχρι τῆς ἀπολύσεως ἵστατο ἐξιλεούμενος τὸ θεῖον, νηστεύων «πολλὰ καί τὰ προσόντα αὐτῷ πένησι καὶ πτωχοῖς διαδιδοὺς.» «Cum Anastasius imperatorio habitu sumpto in Circo sederet, univer- «sus populus veluti uno ore directe inclamavit: Sicut vixisti ita etiam «impera domine. Quippe ante galli cantum templum adire solebat, ibi- «que dum concio dimitteretur, adstabat deum placans; frequenter «jejunabat, et sua pauperibus et mendicis erogabat.» Anastasium, antequam ad imperium eveheretur, Antiochiae populi suffragiis episco- pum fuisse electum, nec tamen consecratum, testatur *Theophanes pag.* 116, quem *Cedrenus pag.* 354 *et Anastasius Bibliothecarius edit. Fab- rot. Paris* 1649 *pag.* 48 exscripserunt. Idem innuit etiam *Procopius*

Gazaeus op. cit. tom. II. pag. 30, 31 ubi eruditae Villoisonii animadversiones consulendae.

Vers. 235—238. Imo Euphemium Patriarcham Constantinopolitanum, quicum, Silentiarius adhuc dum esset, litem habuit, (*vid. Suidam voce φατρία edit. Küst. tom. III. pag.* 584) imperator renuntiatus, exauctoravit teste *Theophane pag.* 120. Joannem autem Tabenesiotam, qui dum Romae degeret, Anastasium imperare audiens, gratam beneficiorum vicissitudinem ab eo, in quem olim naufragum Alexandriae summam exercuisset humanitatem, sperans, Byzantium accedere decrevisset: ingenti prorsus ingrati animo vitio, jussit exulem agi, nec solo conspectu dignatus excipere, narrante eodem *Theophane pag.* 118. Esto, in alios clementior gratiorve exstiterit Anastasius, nihil horum a scriptoribus memoriae proditum est.

Vers. 239—241. «*Custodes aulae*» seu «*Curopalatae*,» qui apud Francogallos praefecti palatii, vel majores domus vocabantur. Cfr. *Nic. Allemannum ad Procopii hist. arcan. cap. VI. pag.* 100.

Vers. 242—247. Italis dignitates contulisse Anastasium innuere velle videtur, de quo tamen nullum apud auctores vestigium reperire licuit. — Faustum et Irenaeum Gelasii Papae Romani legatos honorifice suscepit Anastasius teste *Theophane pag.* 123 et ipso *Gelasio in epist. ad Anastas. apud Harduinum Concilior. tom. II. pag.* 893. Cum Theodorico amicitiam coluisse constat, e *Procopio Caesarien. de bello goth. Libr. III. cap.* 25. *pag.* 516 *et Cassiodoro Libr. I. ep.* 1. *edit. cit. pag.* 7. *Cfr. J. G. Eccard de nummis quibusdam sub regimine Theodorici Osthrogothorum regis, in honorem Zenonis et Anastasii cusis. Hannov.* 1720. 4. — Evodium Ticinensem Hormisdae papae legatum, contumeliose excepisse, navigioque fragili impositum, ne uspiam per totam Graeciam ad aliquam civitatem accederet mandasse, narrat *Paulus Diaconus in Muratorii Script. rer. italicar. tom. I. pag.* 101. — Imo Italiae littora vastari jussit et Tarentum aggressus est narrante *Marcellino Comite pag.* 50: «Ind. 1. Celere et Venantino Coss. Ro«manus Comes domesticorum et Rusticus Comes Scholariorum, cum «centum armatis navibus, totidemque dromonibus, octo millia mili«tum armatorum secum ferentibus, ad devastanda Italiae littora pro«cesserunt, et usque ad Tarentum antiquissimam civitatem aggressi «sunt: remensoque mari inhonestam victoriam, quam piratico ausu «Romani e Romanis rapuerunt Anastasio Caesari reportarunt.»

Vers. 254—260. De Arabibus Scenitis, crebris excursionibus Euphratesiam infestantibus atque septimo Anastasii anno, qui est post Christ. 498. ab Eugenio regionum illarum praefecto repressis loquitur. Vid. *Theophanem pag.* 121 *et Evagrium hist. eccles. Libr. III. cap.* 36.

edit. cit. tom. III. pag. 370. De his *Procopius Gazaeus op. cit. tom. II. pag.* 33 inquit: «Ἔγνως γὰρ ὡς τὴν ἑῴαν λῆξιν, τῆς ἀρχῆς τὸ «σεμνότερον, πρόσοικοί τινες ἐπετάραττον βάρβαροι, ἄνδρες ὑβρι«σταὶ καὶ θρασεῖς, καὶ μίαν ἀρετὴν εἰδότες, τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγα«θοῖς ἐπτίθεσθαι· καὶ θᾶττον μὲν ἐπϊόντες, θᾶττον δὲ μεθιστάμε«νοι, καὶ ὁποιποτε γῆς εἰσι, ῥᾳδίως λανθάνοντες· οἷς γὰρ μὴ χῶ«ρος, μή πόλις εἰς οἰκητήριον ὥρισται, ἀλλ' ὅλην ἕπαστος ἐπά«γεται τὴν οἰκίαν, αὐτοσχέδιον καλύβην ὅπῃ τύχῃ συμπηγνύμε«νος. οἱ δὴ τοιοῦτοι, τίνος ἄν ἀπόσχοιντο τόλμης; τούτοις εἰς «ἁρπαγὴν προὔκειντο πόλεις, τὸ πρὶν μὲν εὐδαίμονες καὶ λαμ«πραὶ, τότε δὲ τῶν βοηθούντων ἔρημοι, καὶ συμμαχίας ἐστερη«μέναι· καὶ ἡ μὲν εἶχετο, ἡ δὲ, ἔμελλεν· ἡ δὲ μετανίστατο· καὶ «μᾶλλον τοῦ πάθους ὁ τῶν μελλόντων φόβος ἐλύπει· φήμη δέ «τις οὐκ εὐτυχὴς τὰς τῶν ἁπάντων διέσειεν ἀποὰς, ἐπ' ἄλλοις «ἄλλα διηγουμένη, καὶ πάντα δεινά. ἦν γὰρ ἀπούειν πόλιν ἁλισ«κομένην, ἁρπαζομένην εὐδαιμονίαν, ἐλαυνομένας γυναῖπας εἰς «ἀσέλγιαν ἠναγκασμένην, ὑβριζομένους παῖδας, αἰκιζομένην κο«λιὰν, ἑλκομένην νεότητα, καὶ παρθένους ἀγομένας, οὐ πρὸς εὐ«τυχῆ κασπάδα, καὶ νύμφιον εὐδαίμονα, κατὰ τὰς πρώην ἐλπί«δας, ἀλλὰ· πρὸς ὕβριν ἐχθροῦ, καὶ βαρβάρου, καὶ μέχρι τῆς «θεὰς λυποῦντος, πάντα γὰρ προὔκειτο τούτοις. ὁ δέ μη παθὼν, «πρώην μὲν μόνῃ τῇ τύχῃ χάριν ἠπίστατο· νῦν δὲ σὲ πάντες ὑμ«νοῦσι μετὰ τάυτης, ὦ βασιλεῦ· οἱ δὲ μὴ, διὰ σὲ, μὴ παθόντες, «οἱ δὲ μὴ προσδοκῶντες πάλιν παθεῖν, ὁ γὰρ βάρβαρος, τὴν προ«σήπουσαν πληγὴν δεδεγμένος, πάτω νέυει, καὶ δεσπότην ἐπί«σταται, καὶ σωφρονεῖ, μὴ βουλόμενος· αἱ δὲ πόλεις, τῶν δρα«μάτων ἐλεύθεραι.» «Nosti igitur, quod orientalem imperii limitem «accolae quidam barbari infestare soleant, viri insolentes et audaces, «et unicam scientes virtutem, aliena nempe bona invadere, cito qui«dem incursantes, citius iterum revertentes, et ubique terrarum sint, «facile latentes, quippe quibus nulla regio, neque urbs in domicilium «defixa est, sed totam quivis domum secum ducens, ubi fortuna dat, «tugurium figit; tales igitur quanam abstinerent audacia? His in rapi«nam patebant urbes, prius quidem felices et illustres, tunc vero au«xiliatoribus vacuae et praesidiis orbatae, et haec quidem jam tene«batur, alia mox erat occupanda, alia emigravit, et magis ipsa cala«mitate futurorum timor affligebat; fama autem infelix omnium percel-

«lebat aures, erat enim audire, urbem captam, facultates direptas, «pulsas feminas et in libidinem coactas, violatos pueros, turpiter trac- «tatam senectutem, juventutem abactam, et deductas virgines, non «ad felicem thalamum et sponsum, juxta nupernam spem, sed ad lu- «dibrium barbari hostis, horrendo sane spectaculo; omnia enim his «patebant. — Qui igitur horum nihil patiebatur nuper quidem soli «fortunae gratias retulit, nunc vero cum illa te omnes celebrant o im- «perator, hi quidem, quod nihil passi sint, illi autem quod nihil in «posterum se passuros existiment, barbarus enim digna a te clade af- «fectus, inclinat caput, et dominum agnoscit, et contra voluntatem «sobrius est; urbes autem a calamitatibus liberatae.» Sequuntur ea quae supr. ad vers. 204 — 205 recitavimus.

Vers. 266 — 269. Ecclesias multas Constantinopoli ab Anastasio fuisse restauratas testatur *Theodorus Lector hist. eccles. Libr. II. n.* 21. *edit. cit. tom. III. pag.* 575. — Antiochiae basilicam St. Rufini instauravit narrante *Malala edit. Venet. tom. II. pag.* 41.

Vers. 270 — 288. De maritimo hoc Anastasii periculo nihil a scriptoribus memoriae proditum est.

Vers. 289 — 308. De Anastasii familia, quam numerosam fuisse et splendidam *Procopius Caesar. de bello pers. Libr. I. cap. XI. pag.* 29 testatur, paucis hoc loco dispiciendum.

Anastasii parentum nomen a scriptoribus proditum non est: id unicum docemur, patrem Dyrrhachio Epidamni oriundum, religione Arianum, matrem vero, sororem Clearchi Ariani, Manichaeam fuisse. Vid. *Theophanem pag.* 117. *Theodorum Lectorem Libr. II. n.* 7. *edit. cit. tom. III. pag.* 572. *Evagrium Libr. III. cap.* 29. *edit. cit. tom. III. pag.* 357. *Cedrenum pag.* 357. *Victorem Tununensem pag.* 109.

De ejus prosapia a Christodoro et Prisciano nostro poetis, quibus, quidlibet audendi semper fuit aequa potestas, ad Pompejum Magnum relata, supra ad vers. 10 — 15 diximus. *Procopius Gazaeus op. cit. tom. II. pag.* 29 non quidem Anastasii gentis, sed omnium eorum, qui Epidamni nati sunt, antiquissimum genus praedicat et nobilissimum.

Conjugem habuit Anastasius Ariadnam Leonis Magni filiam, matrem Leonis minoris et Zenonis viduam. Ejus potissimum consilio Anastasium Silentiarium, quem vivente adhuc Zenone amaverat, imperatorem renuntiatum fuisse auctores consentiunt. Vid. *Theophanem pag.* 117. *Zonaram Libr. XIV. pag.* 53. *Cedrenum pag.* 537 et imprimis *Procopium Gazaeum op. cit. tom. II. pag.* 32. Idem innuit *Priscianus noster vers.* 301 — 307 cum eam patrium regnum, Leonis quippe magni filiam, firmo principe munisse, mundum seseque viro tuendam per-

mississe, atque auctorem et causam tantorum bonorum, quibus imperator orbem affecisse dicitur, praedicet. Ejus obitum *Theophanes pag.* 139 ad Anastasii annum 25., qui est post Christum 515. consentiente etiam *Cedreno pag.* 357 *et Marcellino Comite pag.* 56. *Zacharias episcop. Meletinensis apud Assemanum Biblioth. orient. tom. II. pag.* 60 ad ann. Chr. 513. referunt.

Liberos ex Ariadna suscepit nullos.

Filium Anastasii nothum, in seditione ann. p. Chr. 504. in hippodromo excitata, occisum fuisse narrat *Theophanes pag.* 126: «ἱππικοῦ «γενομένου, ἀταξία γέγονε τῶν δυὸ μερῶν, καὶ πολλοὶ ἀπέθα«νον ἐξ ἀμφοτέρων, ἐν οἷς καὶ ὁ υἱὸς Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως, «ὃν εἶχεν ἀπὸ παλλακῆς. καὶ σφόδρα λυπηθεὶς Ἀναστάσιος πολ«λοὺς ἐπιτιμωρήσατο, καὶ ἄλλους ἐξορίαις παρέπεμψεν.» «Ludo «equestri celebrato, facta est duarum factionum seditio, et ex utraque «parte multi perierunt, inter quos etiam Anastasii imperatoris filius, «quem ex concubina habuit; unde vehementer contristatus Anastasius, «multos supplicio affecit, alios autem in exilium misit.» *Vid. etiam Cedrenum pag.* 358. Filius iste a. Chr. 504. occisus, ante initum ab Anastasio a. Chr. 491. cum Zenonis vidua matrimonium, qui dum Ariadnam duceret, observante *Villoisonio anecdot. graec. tom. II. pag.* 42: «οὐ πρότερον γαμετῇ συνοικήσας,» i. e. qui nondum legitimam con«jugem habebat, a *Theophane pag.* 117 et a *Cedreno pag.* 357 dicitur, natus fuisse videtur. *Cfr. ad vers.* 42.

De Marino Anastasii e filia nepote *Suidas voce* Ἀναστάσιος *edit. Küst. tom. I. pag.* 181: «ἐπὶ δὲ τούτου δειναὶ ταῖς κατὰ Λιβύην «πόλεσιν ἐπέσκηψαν θλίψεις ὑπὸ τῶν καλουμένων Μαζικῶν· ἐδέ«δοντο γὰρ θυγατριδῷ Μαρίνῳ εἰς ἡγεμονίαν, ἀνδρὶ νέῳ, καὶ πο«λὺ μὲν ποῦφον κεκτημένῳ καὶ μετ' ἐκεῖνον αὖθις Βασιανῷ τῷ «παιδί· ὁ δὲ, οἷς ἔπραξε, παντοίως τὰς τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἄρξαν«τος ὑπερβαλλόμενος ἀσελγείας, ἔδωκε Λίβυσιν αἱρεῖσθαι τὰ «πρότερα, καὶ ταῦτα, τοῖς μὲν πενίας, τοῖς δὲ θανάτου μνήμην «καταλείψαντα. οὕτως, εἰ δέοι εἰπεῖν, οἱ γε ἀφ' αἵματος τὸν Μα«ρίνου παρευτυχήσαντες εὔνοιαν, τοῖς Λιβύων διαφερόντως, καὶ «Αἰγυπτίων ἐνεφορήθησαν κτήμασιν.» «Hoc imperante Mazices ma«ximis calamitatibus Africam afflixere. Commissa autem erat Africae «administratio primum quidem Marino, Anastasii ex filia nepoti, ad«modum juveni et summa levitate praedito: deinceps vero Basiano «puero; qui cum decessoris sui petulantiam, flagitiis suis longe su-

«perasset, effecit; ut Afri priorem Marini administrationem desidera-«rent: tametsi alios a Marino bonis suis spoliatos, alios morte mul-«ctatos meminissent, etenim non propinqui tantum, sed etiam amici «omnes ac familiares Marini, Afrorum atque Aegyptiorum facultatibus «cupiditatem suam expleverunt.» Pro *Μαζικῶν* hoc loco in *Suidae editione Colon.* 1619 *tom. I. pag.* 252. *Λαζικῶν* vitiose legitur, qua lectione in alium errorem inductus *Cangius famil. Byzant. pag.* 52, quem *Reiskius ad Anthолog. pag.* 161 temere sequitur, Marinum Lazis ab avo praefectum fuisse hallucinatur. Küsterus autem *τό*: «Συ-«γατριδῷ *Μαρίνῳ*» pessime interpretatur «Marino sororis Anastasii «filio,» *Συγατριδοῦς* enim filiae filius dicitur, quemadmodum *Συγα-τριδῆ* filiae filia audit, ut inquit *Julius Pollux in Onomast. edit. Lederl. et Hemsterh. Amstelod.* 1706 *tom. I. pag.* 274: «*ὁ δὲ Συγατρὸς υἱὸς* «*Συγατριδοῦς, ὥσπερ ἡ τῆς Συγατρὸς Συγάτηρ Συγατριδῆ*,» non autem sororis filius. Nec verum est, quod Küsterus praetendit, Suidam totum hunc de Anastasio locum, ex excerptis Constantini a Valesio editis transcripsisse: imo Valesius excerpta: «de imperatoribus «Orientis aliisque ad Constantinopolitanam historiam spectantibus,» quae ipse e Suida compilaverat, Constantini excerptis subjunxit. — Ceterum de Marino hoc Anastasii e filia nepote, cum a nemine praeter Suidam quidquam proditum sit, citatum Suidae locum corruptum, nomenque avi materni Marini ante *Συγατριδῷ* excidisse, vel legendum esse: «*Συγατρίδῳ Μαρίνου*» (Praefecti praetorio sub Anastasio, vid. *Valesium ad Evagrii pag.* 378) suspicari licet. — Basianus Marini filius fuerit nec ne, e Suida eruere nequeo.

Fratres Anastasius habuit Paulum et Hypatium, sororem vero Magnam.

Paulus, cujus noster vers. 290—293 meminit, bis Consul a. Chr. 496. et 502. Anastasii frater teste *Marcellino Comite pag.* 45.

Flavius Hypatius, Anastasii frater, cujus meminit *Procopius Caesarien. de bello goth. libr. III. cap.* 31. *pag.* 537 a Flavio Hypatio ejusdem e Magna sorore nepote probe distinguendus, vir obscurus, ante adeptum a fratre imperium e vivis excessisse videtur.

Ejus uxorem fuisse putant Magnam illam, Imperatoris Anastasii fratris sponsam, cui Dorotheum Monachum Alexandrinum, suos pro synodo Chalcedonensi libros dicasse narrat *Theophanes pag.* 131 his verbis: «*Δωρόθεος ὁ μοναχὸς Ἀλεξανδρεὺς πολύστιχον βίβλον* «*ἔγραψεν ὑπὲρ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἣν δέδωκε, Μαγνᾷ τῇ* «*νύμφῃ Ἀναστασίου ἐπ' ἀδελφῷ, ὀρθοδόξῳ οὔσῃ, αὐτὴ δὲ Ἀνα-*

«στασίῳ τὴν βίβλον προσήνεγκεν.» «Dorotheus monachus Alexan-«drinus, scripsit grande volumen pro synodo Chalcedonensi, quod «dedit Magnae fratris Anastasii sponsae, orthodoxae, ipsa vero Ana-«stasio librum praesentavit.» Fateor tamen Cangii famil. Byzant. pag. 85 ingeniosam conjecturam, h. l. pro «τῇ νύμφῃ Ἀναστασίου ἐκ' «ἀδελφῷ,» legendum esse: «τῇ νύμφῃ Σεπουνδίνου, Ἀναστασίου «αὐταδέλφῃ» ita ut de Magna, Secundini uxore, Anastasii germana sermo sit, Hypatii autem uxoris nomen incompertum manent, mihi valde probabilem videri.

Filios habuit Hypatius Flav. Probum et Flav. Pompejum.

Flavius Pompejus Consul a Chr. 501. Avieno collega, *Procopio de bello pers. Libr. I. cap.* 24. *Marcellino Comiti pag.* 63. *Anonymo Valesii, pag.* 489. *Theophani pag.* 135 *et Chronic. alexandr. pag.* 784. Anastasii imperatoris nepos, et *Procopio Caesar. de bello goth. Libr. III. cap.* 31. *pag.* 537. Hypatii filius dicitur. Male aliquandiu ab Anastasio imperatore habitus, quod synodo Chalcedonensi adhaereret testibus *Theophane pag.* 135 *et Paulo Diacono in Muratorii script. rer. italic. tom. I. pag.* 101. In seditione anno Chr. 542 adversus Justinianum imperatorem excitata, trucidatus est. *Procopius Caesar. de bello pers. Libr. I. cap.* 24. *pag.* 74. A Claudio Maltreta Jesuita, Procopii interprete, male ubique Hypatii frater et Anastasii e sorore nepos dicitur. Uxorem habuit Anastasiam, quae Macedonium patriarcham exulem fovit, et post mariti obitum in Syriam concessit, ubi in monasterio montis Oliveti sanctissime vixit. Vide *Cyrillum in vita St. Sabae apud Surium* 5. *Decembr.* — Eandem putat Cangius, cujus memoriam Graecorum Menaea 11. Martii recolunt; ast haec a Justiniano Augusto ad nefastum concubitum sollicitata in Aegyptum secedens, serius vixisse videtur.

Fl. Pompejus ex Anastasia suscepit filios: Flav. Joannem et Fl. Anastasium.

Fl. Joannes, Fl. Pompeji filius, Hypatii nepos, Projectae, Areobindi viduae, Justiniani imperatoris e Vigilantia sorore neptis maritus, teste *Procopio Caesar. de bello goth. Libr. III. cap.* 31. *pag.* 357. Ejus epitaphium *Juliano Aegyptio auctore apud Brunckium Analect. graec. tom. II. pag.* 509 exstat:

«Κλεινὸς Ἰωάννης. θνητὸς, λέγε. γαμβρὸς ἀνάσσης.
«Θνητὸς ὅμως. γενεῆς ἄνθος Ἀναστασίου.
«Θνητοῦ κἀκείνου. βίον ἔνδικος. οὐκ ἔτι τοῦτο
«Θνητὸν ἔφης. ἀρεταὶ κρείσσονές εἰσι μόρου.

Grotio interprete apud Bosschium Antholog. Libr. III. tit. 1. *ep.* 3. *tom. II. pag.* 6.

«Clarus Joannes; mortalis dic tamen. Idem
«Et gener Augustae, stirps et Anastasii;
«Mortales sed et hi. Vita justissimus, hoc non
«Mortale est. Virtus nam negat una mori.»

Cfr. Salmasium apud Bosschium pag. 48 *et Brunckium ad h. l.* Distinguendus videtur a Joanne Consule anno 500 et Magistro Illyrici cujus *Marcellinus Comes pag.* 58 meminit, quem duplici carmine celebravit Christodorus, quae huc transcribere placet. Prius exstat *apud Brunckium analect. tom. II. pag.* 472 et sic habet:

«Οὗτος Ἰωάννην κρύπτει τάφος, ὃς ρ' Ἐπιδάμνου
«Ἄστρον ἦην, ἣν δὴ παῖδες ἀριπρεπέες
«Ἔπτισαν Ἡρακλῆος· ὅθεν καὶ μέρμερος ἥρως
«αἰεὶ τῶν ἀδίκων σκληρὸν ἔκοπτε μένος.
«Εἶχε δ' ἀπ' εὐσεβέων προγόνων ἐριαυδέα πάτρην,
«Λυχνιδὸν, ἣν Φοίνιξ Κάδμος ἔδειμε πόλιν.
«Ἔνθεν λύχνος ἦην Ἑλικώνιος, οὕνεκα Κάδμος
«Στοιχείων Δαναοῖς πρῶτος ἔδειξε τύπον.
«Εἰς ὑπάτους δ' ἀνέλαμψε, καὶ Ἰλλυριοῖσι διπάζων,
«Μούσας καὶ καθαρὴν ἐστεφάνωσε Δίκην.»

Interprete *Grotio apud Bosschium Antholog. Libr. III. tit.* 1. *ep.* 4. *tom. II. pag.* 7:

«Joannes situs hic, Epidamni nobile sidus,
«Hercule progenitae quam posuere manus:
«Cujus nunc etiam sum sit memor inclytus heros,
«Robur adhuc, justo quod caret, omne domat:
«Illi clara pio de sanguine praebuit ortum
«Lychnidus, a Poeno condita Agenoride:
«Qui graecas docuit voces signare figuris,
«Hinc satus hic etiam fax Heliconis erat.
«Consul et Illyrico praefectus in orbe, coronas
«Quas retulit, Musis Justitiaeque dedit.»

Posterius a *Berkelio ad Stephanum Byzantinum pag.* 347 *editum*, a *Reiskio Antholog. n.* 768. *pag.* 161 *et a Brunckio Analect. graec. tom. II. pag.* 472 repetitum est.

«Κλεινὸς Ἰωάννης Ἐπιδάμνιος ἐνθάδε κεῖται,
«Τηλεφανὴς ὑπάτων κόσμος ἀριφανέων·
«Ὅ γλυκύ μοι Μουσέων πεπάσας φάος, ὁ πλέον ἄλλων

«Εὐρύνας ξενίου δαίμονος ἐργασίην,
«Παμφόρβην παλάμην πεπτημένος, ἥντινα μούνην
«Οὐκ ἴδε δωτίνης μέτρον ὁριζομένην.
«Λἰκυτάτην δ' ἠύξησε νόμοις πατρίοισιν ἀπήνην,
«Φαιδρύνας παθαρῆς ἔργα δικαιοσύνης.
«Ὦ πόποι, οὐκ ἔζησε πολὺν χρόνον· ἀλλ' ἐνιαυτοὺς
«Μοῦνον ἀναπλήσας τεσσαράκοντα δύο,
«Ὤἴχετο, μουσοπόλοισι ποθὴν πάντεσσιν ἐάσας,
«Οὓς ἐκόθει πατέρων φέρτερα γειναμένων.»

Quod epigramma clarissimus vir Antonius Stein, Augusto a Consiliis, et Philologiae olim in Universitate Vindobonensi professor, dignus qui Grotium aemuletur, latinis versibus reddidit:

«Clarus Joannes praesens Epidamnius hic stat,
«Inclyta conspicuis gloria Consulibus.
«Qui mihi dulce jubar Musarum pandit, et omnes
«Hospitis urbano praestitit officio,
«Larga manu facili cunctis alimenta ministrans:
«Nesciit haec, dando, sola tenere modum.
«Auxit supremam patria qui lege curulem,
«Aedituus sanctae munere Justitiae.
«Proh! longum haud vixit; nam postquam lustra peregit
«Octona, atque annos addidit inde duos,
«Flendus obit. Vatum luget pia turba relicta,
«Quos plus quam patrio fovit amore parens.»

Hunc *Reiskius*, citato e memoria epigrammate 3. tit. 1. Libr. III. Anthолog. (vid. supra.) ubi loco «γαμβρὸς ἀνάσσης» «γαμβρὸς Ἀναστασίου,» scriptum existimat, perperam Anastasii generum, et Marini, quem cum Cangio Lazis praefectum fuisse hallucinatur, patrem facit. — Distinguendus etiam a nostro Joannes Dyrrhachitanus magister peditum, cujus *Procopius Caesarien. de bello vandal. libr. I. cap.* 11. *pag.* 205 *et libr. II. cap.* 16. *pag.* 276 meminit.

Flavius Anastasius ann. Chr. 502. Consul ordinarius et Comes domesticorum equitum, cujus diptychon consulare a *Wilthemio Leodii* 1659 *editum, supra* ad vers. 218 — 227. citavimus.

Flavius Probus Patricius, imperatoris Anastasii nepos a *Marcellino Comite pag.* 56 *et a Procopio Caesariensi de bello pers. Libr. I. cap.* 24. *pag.* 74 dictus, alter filiorum Hypatii fuisse videtur. Consulatum ter gessit, ann. Chr. 502, 513 et 525. A Justiniano ad cogendas Hunnorum adversus Persas copias missum fuisse testatur *Proco-*

pius l. c. In seditione ann. Chr. 542. adversus Justinianum excitata occisum fuisse probabile est.

Flav. Pompejum et Flav. Probum, Hypatii filios, Anastasii fratris natos illos puto, quos *Priscianus vers.* 295 et 296. Anastasium aequo animo complecti: «non patrui tantum, sed patris more colendo,» dicit. Anastasium sub vitae exitum de successore cogitantem, alterum e tribus nepotibus; Pompejo, Probo aut Hypatio eligere studuisse *Anonymus Valesii pag.* 183 narrat.

Magna, soror Anastasii, Secundino vel Secundiano, qui ann. Chr. 511. consulatum gessit, nupsit. *Vid. Theophanem pag.* 125, 134 *et* 137.

Filius Magnae et Secundini, Flavius Hypatius, ann. Chr. 501. Consul designatus, biennio post ab avunculo in Persas missus, Annidam cepit, (*Marcellinus Comes pag.* 48) sed paulo post proelio victus, aegre fuga evasit. Infeliciori successu rem egit ann. Chr. 512. adversus Vitalianum Thracem tyrannum, missus, a quo proelio victus, captus, caveae ferreae inclusus, et apud Castellum Arcas diu detentus, patris interventu tandem liberatus est. Vid. *Theophanem pag.* 175. *Evagrium Libr. III. cap.* 43. *Nicephorum VI.* 38. *Marcellinum Comitem pag.* 56. Jam cum *Priscianus noster* vers. 299 Hypatium gentes Scythicas, quarum copias Vitalianum coegisse constat, ab Istri ripis depellere dicat, neque alias unquam Hypatium ad Istrum militasse memoriae proditum sit, probabile fit Priscianum nostrum ann. Chr. 512. circa initium hujus adversus Vitalianum belli, tempore quo sinistri successus fama nondum urbem percrebuit, carmen hoc edidisse. Hypatius post avunculi excessum militiae per Orientem magister a Justiniano renuntiatus, brevi postmodum spatio Rufini collegae fraudibus exauctoratus est. *Procopius Caesar. de bello pers. Libr. I. cap.* 11. *pag.* 31 *et* 33. Tandem an. 542. a plebe tumultuante invitus imperator proclamatur, et in circum raptus, torque aurea coronatus, in solio sedit, sed mox a Justiniano deturbatus, captus et una cum Fl. Pompejo consobrino trucidatus fuit, corpora vero ipsorum in mare abjecta. *Vid. Procopium l. c. cap.* 4. 2 *pag.* 73 *et* 74. — Hypatii mortem luget *Julianus Aegyptius apud Brunck. analect. graec. tom. II. pag.* 509.

«Ὑπατίου τάφος εἰμί· νέκυν δ' οὔ φημι καλύπτειν
«Τόσσου τόσσος ἐὼν Αὐσονίων προμάχου.
«Γαῖα γὰρ αἰδομένη λιτῷ μέγαν ἀνέρα χῶσαι
«Σήματι, τῷ πόντῳ μᾶλλον ἔδωκεν ἔχειν.»

Grotio interprete apud Bossohium Anthalog. graec. Libr. III. tit. 22. *epig.* 42. *tom. II. pag.* 181.

«Hypatii spector tumulus, sed non tego corpus
«Ausonidum tanti, tantus et ipse, ducis.
«Namque viri meritis nullum satis esse sepulchrum
«Terra putans, ipsum donat habere mari.»

Planudem hoc carmen non intellexisse satis apparet hinc, quod illud in caput de naufragis retulerit. Justinianus Hypatio tumulum exstruxit, ut hoc apparet ex alio carmine, quod ab aliis Juliano Aegyptio, ab aliis Agathiae Scholastico adscribitur, apud *Brunck. a. g. tom. II. pag.* 510.

«Αὐτὸς ἄναξ νεμέσησε πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
«Κύμασιν, Ὑπατίου σῶμα καλυψαμένοις·
«Ἤθελε γάρ μιν ἔχειν γέρας ὔστατον, οἷα θανόντα,
«Καὶ μεγαλοφροσύνης πρύψε θάλασσα χάριν.
«Ἔνθεν, πρηϋνόου παιδὸς μέγα δεῖγμα, φαεινὸν
«Τίμησεν πενεῷ σήματι τῷδε νέκυν.»

Antonio Stein, V. Cl., interprete:

«Rex ipse horrisonae ponti succensuit undae,
«Hypatii corpus quod fera contegeret.
«Nam voluit functum supremos consequi honores,
«Et mare magnanimis obstitit officiis.
«Hinc, animi ut mitis documentum praebeat, hocce
«Illustrem vacuo condecorat tumulo.»

Putidam in hoc carmine adulationem reprehendit *Brunckius:* sub laudantis specie Julianum irridere Justinianum censet *Jacobsius ad Anthолog. Vol. II. P. III. pag.* 397. Nil moror.

Uxorem Hypatii, nomine Mariam, *Procopius Caesar. de bello pers. libr. I. cap.* 24. *pag.* 71 *et* 72 feminam prudentissimam ac continentissimam, narrat, maritum, dum a seditiosis in forum raperetur, retentasse, et ululanti voce clamasse, hominem ad mortem trahi, et amicorum omnium opem implorasse; sed multitudine praevalente a viro abstractam et depulsam fuisse. — Liberos Hypatii, quorum numerus et nomina a nemine memoriae prodita sunt, Justinianus tandem pristino gradui restituit, atque e facultatibus, quidquid amicis non dederat, iis reddidit, teste *Procopio l. c. pag.* 74.

Ireue Magnae filia, Hypatii soror, Olybrio juniori, Areobindi ex Juliana Anicia, (cujus liberalitati celeberrimus Codex Dioscoridis qui nunc in Bibliotheca caesarea Vindobonensi servatur, scriptus et plantarum figuris ornatus, debetur,) filio nupsit. Ejus posteri in diagrammate genealogiae Valentis imperatoris apud *Lambecium comm. de biblioth. caesar. tom. II. pag.* 585 recensentur.

Haec de Anastasii familia dicta sufficiant, cujus hoc diagramma accipe:


N. PATER ARIANUS.
N. MATER MANICHAEA.
Concubina × Anastasius = Ariadna, Aug.
Dicorus, Aug.
Paulus.
Hypatius = Magna?
Magna = Secundinus.
N. filius.
N. filia.
?
Fl. Pompejus = Anastasia.
Fl. Probus.
Fl. Hypatius = Maria.
Irene = Olybrius junior.
Marinus.
Fl. Joannes = Projecta.
Fl. Anastasius.
Proba = Probus.
Basianus.
? ?
Juliana = Anastasius.
Proba = Georgius.
Arrobindus junior.
Placidia = Joannes ὁ μουστάκων.

Vers. 309—312. *Procopius Gazaeus op. cit. tom. II. pag.* 45 suam orationem sic finit: «ἀλλ' εἴη σὲ μὲν ἐσαεὶ διέπειν τὴν 'Ρωμαίων «ἀρχὴν, πλείστους δὲ τοιούτους ἀγαθοὺς ἔχειν ἄνδρας τῶν πραγ- «μάτων προεστηκότας· τὰς δὲ πόλεις ἐπ' εὐτυχίαις στεφάνους πλέ- «κειν, καὶ γραφὰς ἀνατιθέναι, καὶ ἄδειν ὑμνούσας· ποιητῶν δὲ παῖ- «δας, καὶ ῥήτορας ἀμφί σοι κινοῦντας τὴν γλῶτταν, εὐπορεῖν ἀεὶ καὶ «τοῖς σοῖς τροπαίοις ἀβρύνεσθαι.» «Sit ut tu in sempiternum Ro- «manorum teneas imperium, plurimosque tam praestantes viros rebus «habeat praefectos; urbes ob felicitatem coronas nectant, et inscrip- «tiones voveant, et hymnos canant; poetae vero et rhetores te cele- «brantes incolumes sint, et tuis tropaeis superbiant.»

Vers. 311. *Poeta anonymus* supra a nobis ad vers. 204—205 citatus:

«πάντα δ' ὑπὸ σκήπτροισιν 'Ανασταίοιο τελέσσω.»

Similiter et *Corippus Panegyr. Justin. Libr. I. vers.* 58 *seqq.*

«..... tibi serviet orbis,
«Fortia virtutum miratus facta tuarum.
«Quisquis erit vestrae per se cadet invidus aulae,
«Afficietque viros legum pius ensis iniquos.
«Barbara Romanos augebunt bella triumphos,
«Regnaque sub vestris venient fortissima plantis.»

PRISCIANI,

DE

PONDERIBUS ET MENSURIS

CARMEN.

E CODICE BOBIENSI BIBLIOTHECAE CAES. VIND.
PLENIUS EDITUM,

ET NOTIS INTEGRIS

JOANNIS CAESARII, ELIAE VINETI, PETRI BURMANNI, J. C. WERNSDORFII, G. S. KLÜGELII, N. E. LEMAIRII, QUIBUS EDITORIS ANIMADVERSIONES ACCEDUNT, ILLUSTRATUM.

NOTITIA LITERARIA.

1. CODICES MANUSCRIPTI CARMINIS DE PONDERIBUS ET MENSURIS.

I. Cod. Bob. Codex membranaceus saeculi VII. v. VIII. olim monasterii S. Columbani „*de Bobio*," nunc Bibliothecae Caesareae Vindobonensis, de quo *in Prooemio praesentis opusculi* abunde diximus.

II. Cod. Regin.

III. Cod. Regin. 2.

Remi Favini de ponderibus et mensuris Carmen, in binis Codicibus Bibliothecae Reginae Sueciae in Vaticana habetur, teste *Montfaucon in Biblioth. Bibliothecar. pag.* 24. *c. et pag.* 52. *c.* In uno horum Codicum carmen nostrum subjungitur Horatio et Probae Falconiae, in altero variis aevi medii opusculis adhaeret. Uter ex istis sit, qui a Petro Burmanno nomine Cod. Regin. citatur, ignoro.

IV. Cod. Thuan. De Cod. Thuani a Petro Burmanno citato, in *Catalogo Bibliothecae Thuanae* frustra quaesivi; inest verosimiliter carmen nostrum cuidam codicum opusculorum Prisciani, quorum plures *ibid. pag.* 429, 447, 450, 455, 456 *et* 460 nominantur.

V. Cod. S. Germ. Codex Bibliothecae S. Germani in Pratis citatus a Burmanno, laudatur a *Montfaconio op. cit. pag.* 1178 *a.*

VI. Cod. Guelph. 1.

VII. Cod. Guelph. 2.

Codices Bibliothecae Ducalis Guelpherbitanae olim Gudiani, Saec. X. a Wernsdorfio citantur. De iis vix consuli merentur, quae obiter, more suo observat *Ebert in Catalog. Codd. Guelph. pag.* 142.

VIII. Cod. Voss. 1. Codex S. inter Vossianos Bibliothecae Lugduno-Batavae libros latinos in fol. nro. 33 laudatus *a Lindemanno in Praef. ad Prisciani opera minora Lugd. Batav.* 1818. *pag. XV.*

IX. Cod. Voss. 2. Codex D. inter Vossianos Bibliothecae Lugduno-Batavae libros latinos in-8. nro. 275 *laudatus a Lindemanno l. c.*

X. Cod. Morbac. Codex Abbatiae Morbacensis, Saec. X. laudatus in *Voyage litéraire de deux religieux Benedict. tom. I. part.* 2 *pag.* 139 et a *Montfauconio op. cit. pag.* 1178 *a.*

XI. Cod. Ambros. Cod. bombycinus Bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis laudatus a *Montfauconio op. cit. pag.* 523 *d.*

XII. Cod. Cantabrig. Codex Collegii S. Emanuelis Cantabrigiae, laudatus a *Montfaucon. op. cit. pag.* 670 *b.*

Cod. I. ego contuli, Codd. II., IV. et V., a Petro Burmanno et Codd. VI. et VII. a Wernsdorfio collati, ulteriori examine indigent, reliqui nondum examinati sunt.

EDITIONES CARMINIS DE PONDERIBUS ET MENSURIS *).

Ed. Venet. In vetustissima operum Prisciani editione *s. l. et a. (Venetiis,* 1470) *fol.* * carmen hoc

*) Editiones asterisco notatas ipse contuli, reliquarum lectiones e fide Burmanni et Wernsdorfii cito.

Prisciani de numeris et ponderibus ad Symmachum Libellum, nullo alio nomine aut lemmate praefixo, excipit.

Textus principis hujus editionis recusus est inter *Prisciani opera Venetiis, per Matth. de Gherretzen,* 1476. in-fol. * *Ibid. per Marc. de Comitibus et Girardum Alexandrinum,* 1476. in-4. * *Ibid. per Philippum Pincium,* 1500. in-fol. * 1509. in-fol. *

Ab his etiam parum recedunt *Edd. Lips. ann.* 1494 *et* 1515. * *Ed. Lips. ann.* 1494. unica est carminis nostri editio seorsum facta: constat autem foliis 6 in-4. et hoc titulo est insignita: *Remi Favini de Ponderum deque Mensurarum vocabulis.* P. Aeolicus in prologo *scholares suos Persianos,* uti vocat, adloquens, profitetur se hoc opusculum edere, *quo Persii Codex iis facilior fieret.* Remum Favinum dicit *virum undecunque peritum, qui carmine rem aggressus ita perfecerit, ut Phidiae opus appareat.* Ejus versus affirmat se, *quanta licuerit emendatione castigasse,* nec scholares suos terrere id debere, quod duos versus mancos reperturi sint. Sic enim singula exemplaria, quae ipsi in manus venissent, habere. *Cfr. Polyc. Leyserum in hist. poetar. med. aevi, pag.* 2057.

Ed. Lips. ann. 1515. in-4. Carmen nostrum in hac editione *Q. Sereni Samonici hexametros, praecepta medicinae continentes,* fol. 27. *β.* excipit, hac inscriptione: *Cum medicorum intersit sua medicamenta sub certo pondere disponere, ne jure in quempiam inscitiae occasione illud Persianum rejiciatur: diluis helleborum certo componere puncto nescius cramen (sic) vetat hoc natura medendi*

Rhemnii Fannii pondera medica non incommode post praecepta Quinti Sereni sibi locum vendicant. Et in fine Carminis fol. 32. α: *Lipsi in officina industrii Valentini Dammandri in regione aequestri anno partus virginis sesquimillesimo quinto decimo.* Fol. 32. β. *Ultrà Quinti Sereni medicinam in fronte hujus operis promissam candidissime lector hic Rhemnii Fannii pondera tanquam dona auctaria offendis.*

AD LECTOREM.

Diluerent medici sub certo pharmaca puncto
Indice natura pondera techna dedit.
Egregie miseris consultum cernimus aegris,
Quo nimis atque minus sunt agitata procul.

Edit. Colon. In Prisciani operibus omnibus, excusis Coloniae, 1528. in-fol. per Eucharium Cervicornum, carmen nostrum pag. 342 sub Rhemnii Fannii nomine Prisciani libello de ponderibus et mensuris subjungitur.

Parum recedit Editionis hujus textus ab Edit. Venet. et Lips. Hujus editionis textum sequuntur *Prisciani opera Basileae apud Bryling*, 1545 * *et ibidem*, 1568. * in-8. impressa.

Edit. Caesar. Cum „Q. Sereno Sammonico de „Medicina per Jo. Caesarium a mendis probe et dili„genter emaculato.“ Q. Rhemnii Fannii Palaemonis de Ponderibus et Mensuris liber utilissimus editus Hagenoae per Joannem Secerium, 1528. in-8. *

Jo. Caesarius carmen primus recensuit. Repetita est haec Editio, *Parisiis, apud Colinaeum*, 1533. in-8.*

Salingiaci per Joannem Soter, 1538. in-8. *Lugduni apud Joannem Tornaesium et Guil. Gazeium*, 1549. in-8. * *et Patavii apud M. Antonium de Galassis*, 1563. in-8. *

Edit. Vinet. Inter auctores veteres de re nummaria et ponderibus et mensuris a se editis, (Parisiis, in aedibus Rouillii, 1565. in-8. *) Elias Vinetus novam carminis nostri recensionem proposuit.

Vineti editio repetita est in *Hotomanni libro de re nummaria, s. l. apud Guil. Leimarium*, 1585. in-8. *et in Graevii Thesauro antiquitat. Roman. tom. XI.** A Vineto etiam parum recedit textus quem *Joannes Rivinus inter Veterum libros de re medica Lipsiae* 1654. in-8. expressit.

Edit. Constant. Ad calcem Celsi et Sereni cum notis Roberti Constantini, Lugduni, typis Rouillii, 1566. in-8. * nova recensio habetur, additis in margine variis lectionibus.

Recusa est isthaec editio *Lugduni* 1587. in-12. *Genevae* 1626. in-12. *Lugd. Batav.* 1657. * *ibid.* 1665. in-12. * et inter *Medicae artis principes ab Henrico Stephano, Parisiis*, 1567. in-fol. editos.

Edit. Pith. Petrus Pithoeus carmen nostrum a se recensitum, inter Epigrammata et Poemata vetera Parisiis 1590. in-12. vulgavit.

Repetitum est Pithoei opus *Lugd.* 1596. in-12. et *in Choro Poetarum lustrato et illustrato. Lugd.* 1616. in-4. *

Edit. Burm. In corpore Poetarum latinorum minorum a Petro Burmanno, Leidae, 1731. in-4. * edito, carmen nostrum ad fidem 4 Codd. Msptorum et

Editionum veterum recensitum et notis illustratum, tom. II. habetur.

Burmanni recensio exhibetur in *Poetis lat. minorib. Glasguae*, 1752. in-12. * editis, et in *Collectione omnium poematum etc. Pisauri*, 1766. in-4. * *tom. VI.* pag. 252.

Edit. Wernsd. Inter Poetas latinos minores a J. C. Wernsdorfio editos, Altenburg. 1785—1799. in-8. Tom. V. part. II. *

Repetita est Wernsdorfii editio *inter Poet. lat. min. a N. E. Lemaire, Parisiis*, 1825. in-8. editos, tom. V. *

ARGUMENTUM CARMINIS.

Natura corporibus omnibus pondus tribuit, vers. 1—5. Ordo tractandorum, vers. 6—7. 1 Obol. = 2 Semiobolis. 2 Obol. = 1 Gramm. sive 1 Scripl., vers. 8—9. 6 Siliq. = 16 Lent. = 16 Spelt. = 8 Lupin. = 1 Scripl., vers. 10—13. Semina natura sua pondere variant, hinc diversa apud diversas gentes pondera, vers. 13—16. 3 Scripl. = 1 Drachm. seu 1 Holc., vers. 16—19. 2 Drachm. = 1 Sicilic. et 1 Drachm. + 1 Scripl. = 1 Sextul. 6 Sextul. = 1 Unc., vers. 20—22. 2 Sextul. = 1 Duell., vers. 23. 1 Unc. = 8 Drachm. = 24 Gramm., vers. 24—25. Unde Grammata dicta, vers. 25—28. 12 Unc. = 1 Libr. rom., vers. 28—29. 75 Drachm. = 1 Libr. attic., vers. 30—31. Mna sive Mina = 100 Drachm. et 1 Mna — 4 Drachm. = 1 Libr. roman. $\frac{3}{4}$ Mna. = 1 Libr. attic., vers. 32 — 36. 1 Talent. attic. = 60 Min. = 6000 Drachm., vers. 36—40. De Asse et partibus ejus, vers. 41—44. 1 Libr. — 1 Unc. = 1 Deunc., vers. 45. 1 Libr. — 1 Sext. = 1 Decunc., vers. 46. 1 Semunc. = $\frac{1}{2}$ Unc. et 1 Sescunc. = 3 Semunc. = 1$\frac{1}{2}$ Unc., vers. 47—48. 1 Libr. — 1 Quadr. = 1 Dodr. et 1 Libr. — 1 Trient. = 1 Bess., vers. 49—50. 1 Libr. — 1 Quincunc. = 1 Septunc., vers. 51. 1 Semis = $\frac{1}{2}$ Libr., vers. 52—55. Mensurae humidorum et frugum, vers. 56—57. Constructio Amphorae, vers. 58—62. Amphora Jovi Capitolino sacra, vers. 63. $\frac{1}{2}$ Amph. = 1 Urn. et 1 Amph. = $\frac{1}{2}$ Medimn. = 3 Mod. et 1 Mod. = 16 Sex-

tar., vers. 63 — 66. 1 Cotyl. seu Hemin. = 2 Sextar., vers. 67 — 68. 4 Cotyl. = 1 Choen., vers. 69. 1 Choen. + 1 Cotyl. = 1 Cho. seu Cong., vers. 70. Unde Sextarius dictus, vers. 71—72. 1 Cotyl. = 6 Cyath., vers. 73 — 74. 1 Cyath. pendet 15 Drachm. et 15 Drachm. + 5 Drachm. = 1 Oxybaph., vers. 75 — 76. 1 Mystr. = $\frac{1}{4}$ Cyath. $\frac{1}{3}$ Mystr. = 1 Chem. = 2 Cochl., vers. 77—78. Comparantur mensurae ponderibus, vers. 79. 1 Cyath.: 1 Sext. = 1 Unc.: 1 Libr., vers. 80. Oxybaphus Sescunciae, vers. 81. Sicilicus, Mystro, vers. 82. Cochlear Scripulo comparatur, vers. 83. 1 Amph. attic. = 1 Amph. rom. + 1 Urn., vers. 84—85. 10 Amph. rom. = 1 Cull., vers. 86. Artaba aegypt. = $3\frac{1}{3}$ Mod., vers. 89. 3 Artab. = 10 Mod., vers. 90. De ponderibus variorum liquidorum, vers. 1 — 101. De explorandis ponderibus liquidorum et constructione Hydroscopii, vers. 102 — 123. De inventione argenti auro in una massa permixti, ope experimenti hydrostatici, vers. 124 —162. Idem quomodo absque aquis inveniri possit, vers. 163 — 208.

PRISCIANI CARMEN DE PONDERIBUS ET MENSURIS.

Pondera Paeoniis veterum memorata libellis Fol. 48 r. col. 1
Nosse juvat. Pondus rebus natura locavit
Corporeis: elementa suum regit omnia pondus.
Pondere terra manet: vacuus quoque ponderis aether
Indefessa rapit volventis sidera mundi.
Ordiar a minimis, post haec majora sequentur:
Nam majus nihil est aliud quam multa minuta.
Semioboli duplum est obolus, quem pondere duplo
Gramma vocant, scriplum nostri dixere priores.
Semina sex alii siliquis latitantia curvis
Attribuunt scriplo, lentisve grana bis octo,
Aut totidem speltas numerant, tristesve lupinos
Bis duo; sed si par generatim his pondus inesset,
Servarent eadem diversae pondera gentes.
Nunc variant: etenim cuncta haec non foedere certo
Naturae, sed lege valent hominumque repertis.
Scripla tria drachmam vocitant, quo pondere doctis
Argenti facilis signatur nummus Athenis;
Holceque a drachma non re, sed nomine differt.
Drachmam si gemines, erit is, quem dicier audis,
Sicilicus: drachmae scriplum si adjecero, fiet

Sextula quae fertur; nam sex his uncia constat.
Sextula cum dupla est, veteres dixere duellam.
Uncia fit drachmis bis quattuor; unde putandum
Grammata dicta, quod haec viginti quattuor in se
Uncia habet: tot enim formis vox nostra notatur,
Horis quot mundus peragit noctemque diemque.
Unciaque in libra pars est, quae mensis in anno.
Haec magno Latio libra est, gentique togatae:
Attica nam minor est: ter quinque hanc denique drachm
Et ter vicenis tradunt explerier unam.
Accipe praeterea, parvo quam nomine Graji
Mnam vocitant, nostrique minam dixere priores:
Centum hae sunt drachmae, quodsi decerpseris illis
Quattuor: efficies hanc nostram denique libram;
col. 2 Attica quae fiet, si quartam dempseris hinc, Mna.
Cecropium superest post haec docuisse talentum,
Sexaginta minas, seu vis, sex millia drachmas,
Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis;
Nam nihil his obolove minus, majusve talento.
Nunc dicam solidae, quae sit divisio librae,
Sive assis: nam sic legum dixere periti,
Ex quo, quod soli capimus, perhibemur habere,
Dicimur aut partis domini pro partibus hujus.
Uncia si librae desit, dixere deuncem;
At si sextantem retrahas, erit ille decuncis.
Sed nullum reliquo nomen semuncia certum
Dempta dabit; nec quae est hujus sescuncia triplex.
Dodrantem reliquum vocitant quadrante retracto;
Cumque triens desit, bessem dixere priores.
Idem septuncem dempto quincunce vocarunt.
Post haec semissis solidi pars maxima fertur:

Nam quae dimidium superat, pars esse negatur,
Ut docuit tenui scribens in pulvere Musa.
Cetera dicta prius quibus est semuncia major.

Haec de ponderibus: superest pars altera nobis,
Humida metiri, seu frugum semina mavis,
Cujus principio nobis pandetur origo.
Pes longo in spatio, latoque altoque notetur:
Angulus ut par sit, quem claudit linea triplex,
Quattuor et medium quadris cingatur inane:
Amphora fit cubus, quam ne violare liceret,
Sacravere Jovi Tarpejo in monte Quirites.
Hujus dimidium fert urna, ut et ipsa medimni
Amphora, terque capit modium: sextarius istum
Sedecies haurit, quot solvitur in digitos pes.
At cotylas, quas, si placeat, dixisse licebit
Heminas, recipit geminas sextarius unus,
Quîs quater adsumptis fit grajo nomine choenix. Fol. 48 v. col. 1
Adde duas, chus fit, vulgo qui est congius idem,
E quo sextarii nomen fecisse priores
Crediderim, quod eos capiat sex congius unus.
At cotyle cyathos bis ternos una receptat:
Sed cyatho nobis pondus quoque saepe notatur.
Bis quinae hunc faciunt drachmae, si adpendere malis:
Oxybaphon fiet, si quinque addantur ad istas.
At mystrum cyathi quarta est; sed tertia mystri,
Quam vocitant chemen, capit haec cochlearia bina.
Quod si mensurae pondus componere fas est,
Sextario cyathus pars est, quae est uncia librae.
Nec non oxybaphi similis sescuncia fiet:
Sicilicumque tibi mystro simulare licebit.

Cochlear extremum est, scriplique imitabitur instar.
Attica praeterea discenda est amphora nobis,
Seu cadus: hanc facies, nostrae si adjeceris urnam.
Est et, bis decies quem conficit amphora nostra,
Culleus: hac major nulla est mensura liquoris.
Est etiam terris, quas advena Nilus inundat,
Artaba, cui superat modii pars tertia, post tres,
Namque decem modiis explebitur artaba triplex.

Illud praeterea veteres perhibere memento,
Finitum pondus varios servare liquores.
Nam librae, ut memorant, bessem sextarius addet,
Seu puros pendas latices, seu dona Lyaei.
Addunt semissem librae labentis olivi,
Selibramque ferunt mellis superesse bilibri.
Haec tamen adsensu facili sunt credita nobis:
Namque nec errantes undis labentibus amnes,
Nec mersi puteis latices, aut fonte perenni
Manantes, par pondus habent; non denique vina,
Quae campi aut colles nuperve aut ante tulere:
Fol. 48 v. col. 2 Quod tibi mechanica promptum est deprendere Musa.
Ducitur argenti, tenuive ex aere cylindrus,
Quantum inter nodos fragilis producit arundo,
Cui cono interius modico pars ima gravatur,
Ne totus sedeat, totusve supernatet undis.
Lineaque a summo tenuis descendat ad imam
Ducta superficiem, totque aequa in frusta secatur,
Quot scriplis gravis est argenti aerisve cylindrus.
Hoc cujusque potes pondus spectare liquoris.
Nam si tenuis erit, major pars mergitur unda:
Sin gravior plures modulos superesse notabis;

Aut si tantumdem laticis sumatur utrimque,
Pondere praestabit gravior; si pondera secum
Convenient, tunc major erit, quae tenuior unda est.
Quod si ter septem numeros texisse cylindri
Hos videas latices, illos cepisse ter octo,
His drachma gravius fatearis pondus inesse;
Sed refert aequi tantum conferre liquoris,
Ut gravior superet drachma, quantum expulit undae
Illius aut hujus, teretis pars mersa cylindri.
Haec de mensuris, quarum si signa requires,
Ex ipsis veterum poteris cognosere chartis.

Nunc aliud partum ingenio trademus eodem.
Argentum fulvo si quis permisceat auro,
Quantum id sit, quove id possis deprendere pacto,
Prima Syracosii mens prodidit alta magistri.
Regem namque ferunt Siculum, quam voverat olim
Caelicolum regi ex auro statuisse coronam:
Compertoque dehinc furto, nam, parte retenta,
Argenti tantumdem opifex immiscuit auro,
Orasse ingenium civis, qui mente sagaci,
Quis modus argenti fulvo latitaret in auro, Fol. 49 v. col. 1
Repperit, inlaeso, quod dis erat ante dicatum.
Quod te, quale siet, paucis, adverte, docebo.
Lancibus aequatis, quibus haec perpendere mos est,
Argenti atque auri, quod edax purgaverit ignis,
Impones libras, neutra ut praeponderet; hasque
Submittes in aquam: quas pura ut ceperit unda,
Protinus inclinat pars haec, quae sustinet aurum;
Densius hoc namque est, simul aëre crassior unda.
At tu siste jugum, mediique a cardine centri,

Intervalla nota, quantum discesserit illinc,
Quotque notis distet suspenso pondere filum.
Fac drachmis distare tribus. Cognoscimus ergo
Argenti atque auri discrimina: deniqne libram
Libra tribus drachmis superat, cum mergitur unda.
Sume dehinc aurum, cui pars argentea mixta est,
Argentique meri par pondus, itemque sub unda
Lancibus impositum specta: propensior auri
Materies; subsistet enim, furtumque docebit.
Nam si ter senis superabitur altera drachmis,
Sex solas libras auri dicemus inesse,
Argenti reliquum: quia nil in pondere differt
Argentum argento, liquidis cum mergitur undis.
Fol. 70 v. col. 1 Haec eadem puro deprendere possumus auro,
Si par corrupti pondus pars altera gestet.
Nam quotiens ternis pars inlibata gravarit
Corruptam drachmis sub aqua, tot inesse notabis
Argenti libras, quas fraus permiscuit auro.
Pars etiam librae quaevis si forte supersit;
Haec quoque drachmarum simili tibi parte notetur.

Nec non et sine aquis eadem deprendere furtum
Ars docuit, quam tu mecum experiare, licebit.
Ex auro fingis librili pondere formam,
Parque ex argento moles siet; ergo duobus
Dispar erit pondus paribus, quia densior auro est.
Post haec ad lancem rediges, pondusque requires
Argenti, nam jam notum est, quod diximus, auro,
Fac et id argento gravius sextante repertum.
Tunc auro, cujus vitium furtumque requiris,
Finge parem argenti formam pondusque notato,

Altera quo praestat leviorque est altera moles
Sit semissis onus; potes ex hoc dicere quantum
Argenti fulvo mixtum celetur in auro.
Nam quia semissem triplum sextantis habemus,
Tres inerunt auri librae, quodque amplius hoc est,
Quantum cumque siet, fraus id permiscuit auro.
Causa, cur ita sit, prompta est, si discere verum
Non pigeat, veterumque animos intendere chartis.
Nam si disparibus numeris accesserit idem,
Servat inaequales itidem, tantumque manebit
Discrimen, quantum fuerat prius, idque notabis
Sive in temporibus quaeras, seu pondera rerum
Seu moles spectare velis spatiumque locorum. col. 2
Quare diversis argenti aurique metallis,
Quîs forma ac moles eadem est, par addito pondus
Argento, solum id crescit, nihil additur auro.
Sextantes igitur quos tu superesse videbis,
In totidem dices aurum consistere libris,
Parsque itidem librae sextantis parte notetur.
Quod si forte parem corrupto fingere formam
Argento nequeas, at mollem sumito ceram.
Atque brevis facilisque tibi formetur imago,
Sive cubi, seu semiglobi teretisve cylindri,
Parque ex argento simuletur forma nitenti,
Quarum pondus item nosces. Fac denique drachmas
Bis sex argenti, cerae tres esse repertas;
Ergo in ponderibus cerae argentique liquebit,
Si par forma siet, quadrupli discrimen inesse.
Tum par effigies cera simuletur eadem
Corruptae, cujus fraudem cognoscere curas.
Sic justum pondus, quod lance inveneris aequa,

In quadruplum duces; quadrupli nam ponderis esset,
Si foret argenti moles, quae cerea nunc sit.
Cetera jam puto nota tibi; nam diximus ante,
Quò pactò furtum sine aquis deprendere possis.
Haec eadem in reliquis poteris spectare metallis.

NOTAE VARIORUM

IN

P R I S C I A N I

CARMEN DE PONDERIBUS ET MENSURIS.

Inscriptio. «*De ponderibus*,» Cod. Bob. «*Incipiunt versus Prisciani de ponderibus*,» Cod. Thuan. «*Prisciani de ponderibus et mensuris ex opere Rufini vel Faviani*,» Cod. Regin. «*Remi Favini de ponderibus et mensuris*,» Cod. Morbac. et Vos. 2. «*Prisciani liber de ponderibus et mensuris ex opere Rufini vel Faviniani de ponderibus et mensuris*,» Cod. Vos. 1. In Cod. S. Germ. inscriptio desideratur. — In Edd. Venet. Saec. XV. inscriptio pariter desideratur, sed Ed. Lips. ann. 1494 habet «*Remi Favini de ponderum deque mensurarum vocabulis*,» Ed. Lips. an. 1515. «*Rhemnii Fannii pondera medica*» habet.

Sunt qui hujus opusculi Priscianum auctorem esse putent: sed reclamat eruditorum magna pars. Caesarius.

Remum Favinum appellant imperfecti poematis auctorem vetusta exemplaria; sed corrupta nomina existimantes Politianus, Lilius Ferrariensis, et alii quidam, *Rhemnium Fannium Palaemonem* pro *Remo Favino* appellavere. Prostitit autem aliquamdiu sine titulo inter *Prisciani* scripta carmen hoc; unde ejusdem Prisciani opus esse multi putaverunt. Vinetus.

Vers. 1. *Paeoniis*, Edd. — *peonis*, Cod. S. Germ. Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. *peoniis* — *peoriis*, Edd. Venet. vitiose.

Paeoniis libellis, i. e. a medicis conscriptis, unde Paeoniae artes et similia obvia. Burmannus.

Vers. 2. *Rebus natura locavit*, Edd. — *rerum natura locabit*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

Vers. 3. Tres priores carminis nostri versus *Isidorus Hispalensis Origg. Libr. XVI. cap.* 24. fere ad verbum exscribens sic repetiit: «*Pon-*«*derum ac mensurarum juvat cognoscere modum*: nam omnia corpora, «sicut scriptum est, a summis usque ad ima in mensura et numero et «pondere disposita sunt atque formata. *Cunctis corporeis rebus pondus* «*natura dedit. Suum regit omnia pondus.*» Wernsdorf.

Vers. 4. *Pondere*, Cod. Bob. Edd. — *pondera*, Cod. Thuan.

manet, i. e. firma et immota subsistit. Caesarius.

Respicit illa *Ovidii Metamorph. Libr. I. vers.* 13.

«Nec circumfuso pendebat in aere tellus
«Ponderibus librata suis;»

ubi vide. Postquam ergo instabilis antea, pressa gravitate sua locum accepit, manet pondere suo stabilis. Burmannus.

vacuus quoque, Codd. et Edd. pl. — *vacuus neque*, Edd. Caesar. et Rivin. Quamquam hoc contra omnes libros statuunt, (Caesar.

et Rivin.) sententia auctoris sic poscere videtur, qui vult ostendere, ut omnia elementa regantur pondere, ita nec aethera eo vacuum esse, quia sidera perpetuo rapiat. Wernsdorf.

Atque hoc plane confirmat *Avienus in Phaenom. vers.* 83:

«Mobilis en etiam mundi se machina versat;
«Ponderis et proprii trahit inclinatio caelum.»

Sed magis convenit locus *Germanici in Arateis, vers.* 17.

«Cetera quae toto fulgent vaga sidera mundo,
«Indefessa trahit proprio cum pondere caelum.»

Plane haec expressa videntur a Prisciano. Lemaire.

Vers. 5. *Indefessa rapit.* Sic *Ovidius Metamorph. Libr. II. vers.* 70.

«..... assidua rapitur vertigine caelum,
«Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet.» Wernsd.

Vers. 7. *nihil — nil,* Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept. *minuta,* Edd. omn. — *minora,* Cod. Regin. Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept.

Vers. 8. *Semioboli,* Cod. Bob. Edd. vet. et scripti plerique teste Burmanno. — *Semiobolum,* Cod. Regin. — *Semoboli,* Edd. Burm. et Wernsd.

Vers. 9. *Gramma,* Edd. omnes. — *dragma,* Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept.

Sçriplum, Cod. Bob. a pr. m. constanter, Edd. Vinet. Const. in marg. Pith. Burm. Wernsd. — *scripulum,* Cod. Guelph. 2. Cod. Bob. ex emend. man. sec. — *scrupulum,* Cod. Guelph. 1. Edd. Venet. Caesar. et Const. in text. const. — *scriptum,* Ed. Rivin. — *scriptlum* vel *sçriplum* conjicit Rhodius de ponderib. pag. 26.

Scriplum. Quia primam syllabam *scripulum* producit, ut in citatis ad Priscianum de nummis illis tribus locis Martialis (Libr. IV. ep. 88. Lib. V. ep. 20. et Lib. X. ep. 55.) id debet dissyllabum legi in hoc poemate, per eam, quam syncopen vocant, grammatici. Vinetus.

De *scrupulo* accurate agit Agricola in fine libri IV. et dixisse veteres *scriptlum, scripulum, scribulum* et *scrupulum* docet: quum vero in *scrupulus* prima sit brevis, et quum a graeco γράμμα deberet duci *scriptum,* maluerunt *scriptulum,* quod mox *scripulum* vulgus dixit: *scrupulum* vero longe quid diversi esse, calculum nempe, docet: quare censet vel *scriplum* vel *scrupulum* in versu esse enuntiandum. Vid. et Sammon. cap. 49. Burm.

Vers. 10. *Siliquis latitantia.* Semina in siliquis latitantia h. e. grana siliquae, quae sena scrupula singula pendunt. Caesarius.

Hallucinatur bonus Caesarius; scripulus enim sunt sex siliquae teste *Prisciano de fig. numer. cap.* 2. *opp. edit. Krehl Lips.* 1820 *tom.*

2. *p.* 391, cui «siliqua est quod dicunt Graeci κεράτιον vel λεπτὸς.» Semina autem siliquis latitantia curvis, quorum sena scriplum pendunt, videntur esse semina Ceratoniae Siliqua Linn. quae κερωνία *Theophrasto hist. pl. Lib IV. c.* 2. *I.* 15. 18. Siliqua graeca κεράτιον *Columellae Libr. V.* 10. 20. dicitur. Cfr. etiam *Isidorum Origg. Libr. XVI. cap.* 24. et *Savotum de nummis antiquis part.* 3. *cap.* 1. *et* 2. *in Graevii thes. antiqq. roman. tom. XI. pag.* 1202 *et seqq.*

latitantia, Cod. Bob. Edd. omn. — *latentia*, Cod. S. Germ.

Vers. 11. *attribuunt*, Edd. omn. — *attribuo*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. *adtribuunt.*

lentis vel grana bis octo, Cod. Bob. Lectio sola genuina, consente ita jam Denisio in Catalog. Codd. lat. theolog. vol. II. p. 1. col. 628. — *lentes vergantur in octo*, Cod. Thuan. — *lentis vergantur in octo*, Ed. Venet. — *lentis veraciter octo*, Edd. Const. Vinet. — *lentes veraciter octo*, Edd. Caesar. Burm. Wernsd. De lectione Codd. S. Germ. Regin. et Guelpherbitanorum Burmannus et Wernsdorfius altum silent. Ceterum lectionum harum genesis facile patet.

Cfr. ad h. v. Agricolam de rest. pond. et mens. p. 237. Burmann.

Vers. 12. *Tristesve lupinos.* Barthius Advers. Libr. XXI. cap. 6. ex hoc loco apparere putat «lupinos aurum illud comicum, monetam tamen alicujus pretii fuisse.» Sed falso hoc ille colligit e Prisciano, qui lupinos non monetae genus, sed legumen ipsum dicit, cujus quatuor grana perhibet a quibusdam pro pondere scripli haberi. *Tristes* lupinos, i. e. amaros, habet e *Virgil. Georg. Libr. I. vers.* 75. Ferales vocat *Calpurnius Eclog. III. vers.* 82. Wernsd.

Cum his comparandum Epigramma vetus «*de scripulo et partibus ejus*,» quod cum binis aliis infra recitandis, in Cod. S. Germ. carmini nostro adhaeret, et etiam in uno e Vossianis Bibliothecae Lugd.-Bat. Codd. habetur, a N. Heinsio descriptum, et a *P. Burmanno Antholog. lat. Libr. V. nro.* 128. *tom. II. pag.* 405, editum est, sequentis tenoris:

«Unus item scriplus calcis componitur octo,
«Dimidium scripuli obulus, pars quarta ceratos,
«Hinc sextam fingi placuit siliquamque vocari,
«Ultimus est calcus ciceris duo granula pensans.»

Vers. 13. *generatim*, Cod. Bob. Edd. Vinet. Const. Burm. Wernsd. — *generandi*, Edd. Venet. Caesar. et ita citat Agricola op. cit. p. 238.

Generatim significat naturaliter, genere et natura sua. Wernsd.

Quid circa diversa frugum pondera in diversis regionibus a veteribus auctoribus observatum sit, invenies apud *Savotum de nummis antiquis, part. II. cap.* 3. *in Graevii thes. antiquit. tom. XI. col.* 1205 *seqq.*

Vers. 15. *etenim cuncta haec non foedere certo*, Cod. Bob. ex emend. man. tert. Cod. Regin. a man. sec. Edd. Burm. Wernsd. — *et cum cuncta haec non foedere certo*, Cod. Bob. a pr. m. — *etenim cuncta haec non foedere coepto*, Cod. Regin. a pr. m. — *etenim nunc foedere coepto*, Cod. S. Germ. — *etenim nunc foedera coepto*, Cod. Thuan. a sec. man. — *etenim cuncta non foedere certo*, Codd. Guelph. 1. et 2. Edd. Venet. Vinet. Const. — *etenim non omnia foedere certo*, Ed. Caesar. Agricol.

Etenim cuncta non foedere certo. Sic habuerunt omnia nostra exemplaria, syllabamque brevem hic producunt; quum ita legi possit, siquis malit: «*etenim non certo foedere cuncta.*» Vinet.

Foedus certum, ex *Virgil. Aeneidos Libr. I. vers.* 62. habet; est vero lex et perpetuus ordo naturae. Vid. *ad Valer. Flacc. Argonaut. Libr. I. vers.* 213. *et Libr. II. vers.* 357. *Ovid. Metamorph. Libr. X. vers.* 353: «naturae pollue foedus.» *Hominum reperta* dixit *Lucretii* imitatione. Burmann.

Vers. 17. *scripla tria drachmam vocitant.* — *Scriplaria dragmam vocitant*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. man. tert. *Scripla tria.* — *in scrupulis trinis dragmam*, Cod. Thuan. — *in scrupulis trinis drachmam*, Edd. Venet. et Lips. — *in scrupulis ternis drachmam*, Edd. Caesar. Const. in text. — *in scriplis ternis drachmam*, Ed. Burm. — *in scriplis ternis drachma est*, Ed. Const. in marg. — *scripula tria dragmam*, Codd. Guelph. 1. et 2. — *scrupula tria dragmam*, Cod. Regin. — *scripla tria drachmam faciunt*, Edd. Vinet. Wernsd. Ceterum *dragma* constanter in Cod. Bob. et teste Burmanno etiam in Cod. Regin. Universim scriptura *dragma* et *drachma*, in Codd. variat, testante Lindemanno ad Priscianum de fig. numer. (opusc. min. Lugd. Bat. 1818.) pag. 209.

Scripla tria drachmam faciunt, sic fuit in antiquo libro, pro *in scripulis ternis drachmarum*. Potest autem *a* in *tria* ideo productum videri, quod sequatur muta cum liquida. Vinet.

Si illa lectio: *Scripla tria drachmam faciunt*, quae sensum rotundiorem facit, sit ab auctoris manu, malim primam in *drachmam* corripere, quam *a* in *tria* producere, et legere: «*Scripula tria drachmam faciunt;*» ut ita in *cygnus*, *Prognes*, *Tecmessa* et alibi passim occurrit. Vid. *Ovid. Metamorph. Libr. VI. vers.* 468. *et Fastor. Libr. V. vers.* 9. et alibi. Burmann.

quo pondere doctis, Cod. Bob. Edd. Caesar. Vinet. Const. Pith. Rivin. Burm. Wernsd. — *quae pondere doctis*, Edd. Venet. *qua pondere doctis*, Agricol. op. cit. pag. 105. *quam pondere doctis*, Codd. Thuan. Guelph. 1. et 2. — *quam pondere doctus*, Cod. Regin.

Vers. 18. *facilis signatur nummus*, Cod. Thuan. Edd. Colon. Vinet. Const. Pith. Burm. Wernsd. — *facile signatur nummus*, Cod. Bob. — *facilis signatur pondus*, Cod. Regin. Edd. Venet. Caesar. — *sinatur*, Ed. Lips. ann. 1515. De Codd. Guelpherbitanis silet Wernsdorfius. Edd. Lugd. ann. 1549 et 1587, quae alias Ed. Caesar. presso pede sequuntur «*nummus*» in margine, ex editione Vineti vel Constantini exhibent.

Nummus, sine dubio rectius; *facilis* enim *nummus* est quotidiano in usu, non *facile argentum*: ita *cibus facilis*, vid. ad Petron. cap. 93. sic *facile pretium* Martialis X. 36. *facilis potus* Sammonius cap. 46. et ita ille saepius. Burmann.

Athenis, Cod. Bob. Edd. omnes — *aenis*, Codd. Thuan. et Regin.

Vers. 19. *Holxeque*, Edd. Caesar. Vinet. Const. Pith. Rivin. Burm. Wernsd. — *Hocceque*, Ed. Colon. — *Holce quae*, Cod. S. Germ. — *Olce quae*, Cod. Bob. — *Oleaque*, Ed. Venet.

«adpellant dragmam vel rarius olcen,» *Epigr. vet. in Burm. Anth. lat. tom. II. pag.* 405.

Vers. 20. *erit is quem*, Cod. Bob. et Regin. Ed. Pith. — *erit quem*, Cod. S. Germ. — *aderit quem*, Edd. Venet. Caesar. Vinet. Const. Burm. Wernsd. — *aggerit quem*, Ed. Lips. ann. 1515 non 1494. Lectionem editionum e lectione Cod. S. Germ. ortam esse, facile patet.

Vers. 21. *Sicilicus*, sic Codd. omnes apud Priscianum de fig. num. teste Lindemanno op. cit. pag. 110. — *Sicilicum*, Cod. Bob. — *Siciliquus*, Edd. pl. — *Siliquus*, Ed. Venet. — *Sicilius*, Cod. Regin. Ed. Venet.

«Dividitur uncia in quatuor sicilicos, i. e. quatuor quartas. *Volus.* «Sicilicum dictum quod semunciam secet.» *Festus libr. XVII. ed. cit. pag.* 507 ubi vid. *Scaligerum.*

De Siciliquo et sextula vid. Agricolam Libr. IV. pag. 98 et seqq. Burmann.

scriplum si adjecero fiet, Codd. plerique teste Burmanno. Edd. Vinet. Const. in marg. Pith. Wernsd. — *scriplum si adicero fiet*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. *scripulum si adiicero fiet.* — *Scripulum si adjecero fiet*, Cod. Guelph. 2. Edd. Colon. Const. in marg. Rivin. — *scrupulum si adjectio fiet*, Ed. Venet. — *scrupuli si adjectio fiet*, Ed. Caesar. — *scripli si adjectio fiet*, Edd. Const. in text. Burm.

Vers. 22. *Sextula*, Cod. Bob. Edd. omn. — *sextola*, Cod. Regin. *nam sex his*, sextulis. Vinet.

«Drachma sive argenteus, scripuli tres. Uncia drachmae octo, «scripuli viginti quatuor..... Duae sextulae sunt tertia pars unciae, «i. e. scripuli octo. Sicilicus scripuli sex. Sextula scripuli quatuor;

«dimidia sextula scripuli duo: rursus sextula et dimidium sextulae «sicilicus appellatur.» *Priscianus de fig. numer. cap. II. opp. edit. Krehl, tom. II. pag.* 391. Plane ita carminis nostri auctor, cui Sicilicus = 2 drachm. = 6 Scrip. et Sextula = 1 drachm. + 1 scrip. = 4 scrip. 1 Sextula autem + ½ sext. = 1 sicilic. = 6 scrip. 1 Unc. = 8 drach. = 24 scrip. = 6 sext.

Vers. 23. *cum*, Cod. Bob. Edd. Venet. Caesar. Vinet. Const. — *quum*, Edd. Pith. Burm. Wernsd. et sic constanter.

Duellam, Cod. Bob. Edd. omnes. — *duvellam*, Cod. Regin.

Vers. 25. *Grammata*, Edd. omnes. — *Dragmata*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept. ita et supr. vers. 9. *dragma* habet pro *gramma*. In edit. Lips. ann. 1515 integer hic versus desideratur, habetur autem in Veneta et Lips. ann. 1494.

De uncia et partibus ejus, epigramma vetus apud Burmann. *Anthолog. lat. Libr. V. epigr.* 127. *tom. II. pag.* 405 eadem fere tradit:

«Uncia viginti scripulos et quatuor ambit,
«Dimidium staterae semuncia dicitur ejus,
«Terna duc seseclae, par est eademque duella,
«Quarta siclus vel sicilicus, vel denique sicel,
«Sextula sexta solet et modo sescla vocari,
«Octavam adpellant dragmam vel rarius olcen.
«Et duodenariam mediam sesclam vocitarunt.
«Vigenam quartam scripulus seu gramma retentant.».

Vers. 26 et 27. In Cod. Bob. vers. 27. ante vers. 26. legitur, sed a tertia manu vers. 26. a. et vers. 27. b. est praefixum. In Cod. S. Germ. vers. 26. deest. In Cod. Regin. post vers. 27. relictum spatium unius versus vacuum.

Vox nostra, Codd. Bob. a pr. m. Regin. et Thuan. Guelph. 1. et 2. Edd. Lips. ann. 1494. Colon. Vinet. Const. in marg. Wernsd. — *Vox nanque*, Edd. Venet. et Lips. ann. 1515. — *Vox graeca*, Cod. Bob. in margine a man. tert. glossematis instar. Edd. Caesar. Const. in text. Pith. Rivin. Burm.

Vox nostra notatur. Ego *vox graeca* sane legendum conjecto, ut sit singulare positum pro plurali, et hic sensus sit: vox graeca i. e. *voces graecae tot formis notantur*, i. e. scribuntur; tot enim literis graeci utuntur, nempe quatuor et viginti. Caesar.

Formas vocat literas alphabeti graeci, diversas forma et figura numero XXIV.: sic eburneas literarum formas *Quintilianus I. de inst. orat. I.* Recte Caesarius *notatur* explicat, scribitur ita *Ovid. Metamorph. Libr. IX. vers.* 522:

« . . . . . scribit damnatque tabellas,
«Et notat et delet.»

Ubi vid. not. nostr. edit. tom. IV. pag. 127. Graeca vox est tota lingua graeca, ut ita «graja et latina vox.» *Ovid. Trist. III.* 12. 39. *et* 2. 67. BURMANN.

Vox nostra, i. e. romana. *Graeca*, quod Burmannus cum Pithoeo et Rivino usurpavit, e sola Caesarii conjectura est, nec scriptis libris nixum. WERNSD.

Horis quot mundus, Edd. omn. — *In se horis quod mundus*, Cod. Bob. a pr. m. sed a sec. *in se* punctis notatur, et τῷ *d* in *quod t* impositum. *In se* e vers. 25. repetitum esse patet.

peragit Edd. omn. — *peraget* Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

Vers. 28. *in anno*, Cod. Bob. Ed. Caesar. et posteriores omnes. — *in annum*, Cod. Thuan. Ed. Venet. et quae ex ea fluxerunt.

Vers. 29. *Haec magno Latio*, Codd. Bob. Guelph. 1. et 2. Edd. Venet. Lips. 1. et 2. Wernsd. — *Haec magna Latio*, Codd. S. Germ. et Regin. — *Haec major Latio*, Edd. Caesar. Vinet. Const. Agricol. op. cit. pag. 121.

Major. Vocem adripuisse credo, quia in sequenti versu legebatur. «*Attica nam minor est*» in Ed. Venet. et Lips., sed mihi «*magno in Latio*» placet, ut intelligat totam Italiam, et per *gentem togatam* Urbem; hanc libram esse urbis Romae et totius Latii, sub quo Italiam comprehendit, unde toties apud scriptores italicae mensurae et pondera memorantur apud graecos medicos, ne confunderentur cum graecis, ut in amphora et metrete ostendit Agricola de mens. graec. p. 48: certe *major* in nullo Cod. exstat. BURMANN.

Latina, italica libra est ex duodecim unciis; quae sunt drachmae nonaginta sex. VINET.

«Unciae duodecim libra. Libra vel mina attica, drachmae septua«ginta quinque. Libra vel mina graja drachmae centum quinque. Li«bra vel mina italica drachmae nonaginta sex.» *Priscianus* l. c.

gentique — genitique, Ed. Patav. ann. 1563 vitiose.

Vers. 30. *Attica nam minor est: ter quinque hanc denique drachmis*, Edd. pleraeq. — *Attica ter quinque faciens hanc denique drachmis*, Cod. S. Germ. — *Attica nam minor est ter quinques ad denique dragmis*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. «*ter quinis at denique*,» et a man. tert. in marg. «*quinque hac.*» *Hac* etiam in Cod. Thuan. sed in Cod. Regin. vox haec deest. — *Attica nam major est*, Ed. Lips. ann. 1514.

Vide de libra attica Agricolam l. c. ubi libram improprie hic atticam dici ostendit. BURMANN.

Ter quinque. Ter quinque quindecim, et ter viginti sexaginta, septuaginta quinque. VINET.

Minor vere dicitur, quippe una et viginti drachmis a latina distabat. LEMAIRE.

Vers. 31. *Vicenis*, Cod. Bob. Edd. pl. — *Vigenis* Cod. Thuan. Edd. Venet. Caesar.

Vers. 32. *parvo*, Cod. Bob. et unus e Guelpherbitanis. Edd. Venet. Colon. Caesar. Const. in marg. Pith. Rivin. Burm. Wernsd. — *patrio*, Edd. Vinet. Const. in text.

Nescio quid praestet. *Parvo*, i. e. contracto in unam syllabam *mnam:* labi vero in his vocibus scribas, indicio est locus *Ovidii Metamorph. Libr. XIV. vers.* 34:

« . . . . . patriumque simul transferre parabat
«In sedes penetrale novas.»

ubi in codice regio legebatur *parvoque.* BURMANN.

quam, Cod. Bob. Edd. omn. — *quem*, Cod. Regin.

Graji, Edd. pl. — *Grai*, Cod. Bob. — *grandi*, Ed. Colon.

Vers. 33. *Mnam*, Edd. omn. — *nam*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. *mnam*, et in margine ab eadem manu *minam.*

nostrique minam dixere priores, Edd. omnes. — *quam dixere duellam*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept.

Vers. 34. *Centum hae sunt*, Cod. Bob. Edd. omn. — *centum erunt*, Cod. S. Germ.

quod si decerpseris, Edd. pl. — *quae si decerpseris*, Cod. Bob. a pr. m. sed a tert. in marg. *detraxeris.* — *quod si descripseris*, Ed. Const.

Ex centum drachmis si quatuor drachmas subduxeris, reliquae erunt nonaginta sex drachmae, quae romana libra est. VINET.

Vers. 35. *hanc nostram*, in Cod. Bob. τῷ̃ *n* in *hanc* et τῷ̃ *m* in *libram* a manu recentiori punctum impositum esse videtur, ita ut *hac* et *libra* legendum esse innuatur.

Nostram, i. e. romanam, quae nonaginta sex drachmas continebat, sicut attica septuaginta quinque, quemadmodum id a Leonardo Portio adnotatum est. Hinc paulo superius auctor *romanam majorem*, *atticam minorem* appellavit libram, quae efficitur, (ut hic tradit) ex Mna, si quartam partem dempseris, hoc est viginti quinque excentum drachmis. CAESAR.

Vers. 36. *si quartam dempseris hinc Mna*, Edd. omn. — *si quartam dempseris emnam*, Cod. Bob. *enam*, Cod. Regin. — *emnam*, Cod. Thuan. — *si quartam indempseris ennam*, Cod. S. Germ.

Ego *unam*, conjecto. Id est, si ex centum drachmis, quae graia mina est, detraxeris quartam partem, quae drachmae sunt viginti quinque, fiet attica mna: quam dixit ex septuaginta quinque drachmis constare. VINET.

Vers. 37. *Cecropium superest*, Edd. omn. — *Cecropium superem*, Cod. Bob. — *Nunc superest magnum*, Cod. Regin. — *Nam superest magnum*, Cod. Regin.

Cecropium, i. e. atticum, atheniense talentum. CAESAR.

docuisse, Edd. omn. — *vocare*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. man. tert. *dixisse*.

Vers. 38. *minas*, Edd. omnes. — *minis*, Cod. Bob. a pr. man. sed ex emend. sec. recept.

Sexaginta minae, grajae sunt *sex millia drachmarum*, postquam mina centum drachmas valet. Si quis autem contendat *a* semper longum esse in fine horum nominum, *triginta*, *quadraginta*, *quinquaginta*, *sexaginta*, ita ut *a* hic quoque producatur, *mna* pro *minas* legere potes. VINET.

Seu vis, Edd. pl. — *seu bis*, Codd. Bob. Regin. S. Germ. — *seu vix*, Edd. Venet. Lips. 1. et 2.

Vulgata recta: *si vis* enim utimur, quum sententiae alicujus accedimus; si potius numerare velis per drachmas, sunt sex millia: illustrabimus haec ad Suetonii Libr. LIX. BURMANN.

drachmas, Edd. omn. — *dragmis*, Cod. Bob. a pr. m., ut mox prius initio hujus versus *minis*, sed ex emend. man. sec. *dragmas*.

Σολοικίζει vero hic versus; non enim dicimus, *sex millia drachmas*, sed *drachmarum*, ut post summi Gronovii sententiam omnes fatentur loquendum esse, quem vide Libr. I. de pecun. vet. cap. 9. Si dixisset *sex millia drachmum* pro *drachmarum*, tolerari potuisset. BURMANN.

Vers. 39. *Athenis*, Cod. Bob. Edd. omn. — *aenis*, Codd. S. Germ. Regin. et Thuan., ut supra vers. 18.

Hic fere repetitur versus supra expressus, v. 17. LEMAIRE.

Vers. 40. *Obolove minus*, Cod. Bob. Edd. omn. — *obolo minus est* Cod. Regin. In Edd. Venet., uti et aliis omnibus recept.

majusve talento, Cod. Bob. Edd. omn. — *majusve talentum*, Cod. S. Germ.

Budaeus, Portius, Alciatus, Agricola de his quaesierunt diligentius ex Polluce, Galeno, Suida et aliis. VINET.

Hos versus respicere videtur *Isidorus Hispalensis Orig. Libr. XIV. cap.* 24. scribens: «Talentum autem summum pondus esse perhibe«tur in Graecis: nam nihil est chalco minus, nihil talento majus.»

Vers. 41. *Solidae* librae, i. e. totius vel integrae, ut:
«partem solido demere de die,»
dixit *Horat. Carm. I.* 1. 20. Wernsd.

Vers. 42. *Sive assis*, Edd. omn. — *seu assis*, Cod. Bob.
Nam sic; scilicet assem, de quo leges romanae. Vinet.
dixere periti, Cod. Bob. Edd. omn. — *dixere priores*, Cod. Thuan.

Vers. 43. *Ex quo*, sc. *asse*. Nempe *ex asse* haeredes dicebantur, qui totam haereditatem capiebant. Wernsd.
quod soli, Cod. Bob. a pr. m. Edd. pl. — *quid soli*, Cod. Thuan. Ed. Const. in marg. — *quod solidi*, Cod. Bob. ex emend. man. tert. Hactenus *soli* lectum est, sed legi potest *solidi*. Burmann.

Vers. 44. *Dicimur*, Cod. Bob. a pr. man. Edd. omn. — *dicimus*, Cod. Bob. ex emend. man. sec.
partis, Edd. omn. — *partes*, Cod. Bob.
pro partibus hujus, Cod. Bob. et omn. — *pro partibus usus*, unus e codicibus Guelpherbitanis.
I. e. dicimur haeredes ex deunce, sextula etc. sic *Cicero pro Caecin. cap. XVII.* «Testamento facto, mulier moritur: facit haec haeredem ex deunce et semuncia Caecinam, ex duabus sextulis M. Fulcinum libertum superioris viri, Aebutio sextulam adspergit.»

Vers. 45. *Uncia si librae desit*, Cod. Bob. — *Uncia nam librae si deest*, Edd. omn. — *Uncia si librae deest*, Codd. Regin. S. Germ.
«Libra vel As unciae duodecim. Deunx unciae undecim. Dextans unciae decem. Dodrans unciae novem. Bessis unciae octo. Septunx unciae septem. Semis unciae sex. Quincunx unciae quinque. Triens unciae quatuor. Quadrans unciae tres. Sextans unciae duae. Uncia sescunx, vel ut alii sescuncia, duae partes et uncia.» *Priscianus l. c.* Prisciani loco subdere placet notam antiquam de ponderibus atticis, quae in Cod. Bob. carmini nostro adhaeret:

Pondera attica habent genera VIIII.
I. Talentum.
II. Mna.
III. Libra.
IV. Uncia.
V. Stater.
VI. Dragma.
VII. Scripulum.
VIII. Obulus.
VIIII. Siliqua.

Talentum habet mnas lx, libras lxxxviii, uncias cccclxviii, stateres ↀ Ↄccccxxxv, dragmas viiccccxi, scripulos xxiii ccxx, obolos xlv ccccxl, siliquas xcii Ↄccclxxx.

Mna habet libr. i. uncias iiii dragmam i. stateres xxii et dragma, dragmas habet cxcviiii scripulos ccclxxxvii.

Libra habet uncias xii, stateres xxiiii, dragmas xcvii.

Uncia habet stateres ii, dragmas viii.

Stater habet dragmas iv, scripulos xii, obolos xxiiii, siliquas xlvii.

Dragma habet scripulos iii, obulos vi, siliquas xii.

Scripulus habet obolos ii, siliquas iiii.

Obulus habet siliquas ii.

Apparet numeros insigniter esse corruptos, videtur autem sermo hoc loco de mna graja, quae teste Prisciano centum et quinque drachmas pendit, et sic esse legendum:

Talent. = 60 Min. = 65 libr. = 787½ Unc. = 1570 Stat. = 6300 drachm. = 18,900 Scripl. = 37,800 Obol.

Mna = 1 libr. + 1 unc. + 1 drachm. = 26 Stater. + 1 Drachm. = 105 Drachm. = 315 Scripl.

Libra = 12 Unc. = 24 Stater. = 96 Drachm.

Uncia = 2 Stater. = 8 Drachm.

Stater. = 4 Drachm. = 12 Scripl. = 24 Obol. = 48 Siliq.

Obul. = 2 Siliq.

Vers. 46. *At si sextantem*, Edd. pl. — *axi sexantem*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. *at si.* — *ac si*, Cod. Thuan. — *aut si*, Ed. Vinet.

retrahas, Edd. omn. — *detrahas*, Codd. Regin. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept.

erit ille, Cod. Bob. Edd. omn. — *erit illa*, Cod. Regin.

decuncis, Edd. pl. — *deuncis*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept. — *decunces*, Cod. Thuan. — *Decuntes*, Ed. Venet.

De libra et partibus ejus, praeter Ausonium de ratione librae, edit. Toll. Amst. 1671 pag. 538 seq. ubi tamen vers. 23. *septena revellas*, pro *si prima revellas*, legendum suspicatur Gronovius, vide Epigramma vetus in *Burmanni Anthолog. lat. Libr. V. epigr.* 126. *tom. II. pag.* 405 quod sic habet:

«Libra vel as ex unciolis constat duodenis,
«Uncia de libra linquit subtracta, deuncem,
«Et sextans, hoc est eadem geminata, decuncem.
«Hinc quadrans, haec scilicet ipsa, retracta, dodrantem.
«Inde triens, ipsius quadruplicatio, bissem.
«Quincunx, septu, semis, quae sat sua pondera produnt.

«Semis semissem medium dum dividit assem.
«Nec vacat unciolae mediam sescuncia jungens.»

Huc pertinent etiam notissimi illi *Horatii* versus *de art. poet. vers.* 325 *seqq.*

«Romani pueri longis rationibus assem
«Discunt in partes centum diducere: dicat,
«Filius Albini: si de quincunce remota est
«Uncia, quid superat? Poteras dixisse, triens. Eu!
«Rem poteris servare tuam. Redit uncia, quid fit?
«Semis.»

Unciae decem, nam 1 Sextans = 2 Unc. ergo 1 Libr. — 1 Sextant. = 10 Unc.

Vers. 47. *reliquo*, Edd. omn. — *in reliquo*, Codd. S. Germ. Regin. — *relinquo*, Cod. Bob. a pr. m. sed *n* a man. rec. jugulatum.

Semuncia, i. e. dimidium unciae, si ex asse sustuleris, restabunt unciae undecim et semis. Vinet.

Vers. 48. *Dempta dabit*, Cod. Bob. Edd. — *Tenta dabit*, Edd. Venet.

nec quae est hujus, Conject. Wernsd. — *neque enim est hujus*, Edd. Venet. Colon. Caesar. Pith. — *neque inest*, Cod. Guelph. — *neque est* (omisso *enim* et *hujus*), Cod. Bob. a pr. m. sed a man. tert. in marg. *namque est*, quod Codd. Regin. et S. Germ. Edd. Const. in marg. et Vinet. exhibent. *quaeque est hujus*, conjicit Gronovius de pecun. vet. IV. 17.

Impedita hujus loci sententia est, sive *neque enim*, sive *namque est* legamus, nisi cum Gronovio corrigamus, *quaeque est hujus*, sive quod e veteri scriptura facilius emergit, *nec quae est hujus*. Wernsd.

sescuncia, Edd. — *sexuncia*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept. — *semuncia*, Cod. S. Germ.

1 Semunc. = $\frac{1}{2}$ Unc. et 1 Sescunc. = $1\frac{1}{2}$ Unc. ergo 3 Semunc. = 1 Sescunc. Dicit igitur 1 Unc. — 1 Semunc. = $11\frac{1}{2}$ Unc. et 1 Unc. — 1 Sescunc. = $10\frac{1}{2}$ Unc. nullo peculiari nomine insigniri. Sic *Cicero l. c.* Caecinam haeredem ex asse minus semuncia dicturus, e decunce et semuncia dicit.

Vers. 50. *bessem*, Edd. — *bissem*, Cod. Regin. — *bessen*, Cod. Thuan. — *uesen*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. *besen*. De scriptura *bissis* et *bessis* audi *Lindemannum ad Prisc. de fig. numer. pag.* 376: «*Bissis* pro *bessis* scripsi constanter Codd. scripturam exhibens. Neque vero dubito quin rectius scribatur *bessis*, ut duessis, «quae est scriptura antiquior. Non tamen diffitendum, habere aliquid «verosimile scripturam *bissis*. Uti enim in centussis, nonussis, decus-

«sis, semisse, vocalis muta est in sonum ex numerali verbo adscitum, «sic possit videri in *bissis* i scriptum, quod ex *bi*, syllaba numerali, «vocalis i adscita sit.» *Cfr. etiam Dacerium ad Pomp. Festum de verb. signif. edit. Amstel.* 1699 *pag.* 51.

Vers. 51. *Iidem septuncem*, Edd. — *Idem septunciem*, Cod. Bob. a pr. m. sed *i* in *septunciem*, a manu recent. punctis notatum.

quincunce, Edd. — *qcmque*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept. — *cincunque*, Codd. S. Germ. et Regin.

Vers. 53. *Nam quae*, Edd. pl. — *namque*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. man. tert. recept. — *nam qui*, Ed. Venet. — *nam quod*, Edd. Vinet. Const. in marg. Pith.

dimidium, Edd. omn. — *dimedium*, Cod. Bob.

Vers. 54. *Tenui*, Edd. — *tenuis*, Cod. Bob. a pr. m. sed *s* a manu recentiori punctis notatum.

in pulvere, Cod. Bob. Edd. pl. — *e pulvere*, Edd. Venet. et Lips.

Dubitari potest, an hic *Musa* medicus fuerit ille Augusti Caesaris, cujus meminit Celsus uno alteroque loco, et post hunc Plinius, et inter graecos scriptores Galenus, an alius quispiam. Caesar.

Frustra quaeritur, *Musa* medicus, an alius hic laudetur. Nam *Musa scribens in pulvere* est mera descriptio artis geometricae, ut infra vers. 120. *mechanica musa* laudatur. Mathematici dicuntur lineas et figuras suas in pulvere ducere. Docet *Barthius ad Claud. de consol. vers.* 126 ubi et hunc nostri locum adducit. Wernsd.

Cfr. quae notata sunt ad carm. *Licentii inter Poetas latin. min. edit. Paris. tom. III. pag.* 421. Lemaire.

Vers. 55. *est semuncia*, Edd. omn. — *esse uncia*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. *esset uncia*, et a tert. recept.

Vers. 56. *Haec de ponderibus*, Cod. Bob. et Guelpherb. unus. Edd. Vinet. Const. in marg. Pith. Wernsd. — *et de ponderibus*, Edd. Venet. Caesar. Burm.

Vers. 57. *mavis*, Edd. omn. — *malis*, Codd. Bob.

Vers. 58. *pandetur*, Cod. Bob. Edd. omn. — *pandatur*, Codd. S. Germ. et Regin. a man. sec.

Origo, ipsa nempe amphora, quae erat principium et basis mensurarum apud Romanos, et e quadrato pede formabatur, quamvis deinceps commodioris usus gratia forma externa vasis ansata facta, atque hinc amphora vocata est. Wernsd.

Vers. 59. *Pes longo in spatio latoque altoque notetur*, Cod. Bob. sed *o* in *spatio* erasum. — *Pes longo in spatio latoque notetur in anglo*, Codd. Regin. S. Germ. (qui tamen *angulo* habet,) Edd. Caesar. Const. in text. Burm. — *Pes longo spatio atque alto latoque notetur*, Edd.

Vinet. Const. in marg. Pith. Rivin. Wernsd. — *Pes longo spatio ..... latoque notetur*, Codd. Guelph. 1. et 2. Edd. Venet. et Lips.

notetur, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. man. tert. *notatur*.

Ineptus fuit, qui hoc *in anglo* subjecit ad complendum versum, quem sic mancum invenerat: *Pes longo spatio latoque notetur*. Petrus Daniel Aurelianensis codicem antiquum miserat, in quo etiam mutilus erat hic versus, sicut in omnibus aliis nostris. De hoc ergo eum rogaveram, scripseramque, sic potius legi posse: *Pes longo spatio latoque notetur et alto*; quum ille rescripsit, se codicem habere ex impressorum (?) antiquissimis, in quo sic legeretur: *Pes longo spatio, atque alto latoque notetur*. Vinet.

Ego praeferendam duxi Vineti lectionem, quia lacuna veterum editionum ostendit, in medio deesse vocem, non in fine, et quia, quae versu sequenti dicitur *linea triplex*, tres dimensiones nominandas docet. Wernsd.

Pes. Hic te non pigeat recurrere, lector candide, ad quintum doctissimi Budaei librum de asse et partibus ejus, ut in quo horum versuum ille luculentam explanationem tradit et breviter et eleganter. Caesar.

«Dico his versibus significari,» inquit *Budaeus op. c. edit. Paris.* 1516. *fol. CXVIII.* «Amphoram ex area excitari quoquo versus pedali: «quaternis quadris pedalibus inanitatem amphorae cingentibus. Ita ut «quaterni anguli tesserales tribus lineis concludantur singuli: quibus «ipsis tres dimensiones tesserae significantur, qui cubus graece dici«tur: i. e. schema sex in situs sessile. Hoc enim verba illa significant: «Angulus ut par sit quem claudit linea triplex. Tres enim dimensio«nes notantur: longitudo, latitudo, altitudo. Hujus dicti testem inte«rim citabimus Isidorum Hispalensem, in hac re interdum non refel«lendum; licet in multis lapsus sit. Amphora, inquit ille, recipit vini «vel aquae pedem quadratum. Quod si hunc testem refutare placet; «prodeat Festus testis locupletior: qui his verbis testabitur: Quadran«tal antiqui vocabant amphoram: quod vas pedis quadrati octo et se«xaginta sextarios capit.»

Vers. 60. *Angulus*, Edd. — *Angelus*, Cod. Bob. a pr. m. sed *e* a man. recent. obelo transfixum.

ut par sit, Cod. Bob. Edd. — *et par sit*, Codd. Thuan. Guelph. 2. *et pars sit*, Cod. Guelph. 1. — *ut pars sit*, Cod. S. Germ.

quem, Cod. Bob. Edd. pl. — *quam*, Cod. S. Germ. Edd. Venet. Lips.

claudit, Cod. Bob. Edd. — *claudat*, Cod. Thuan.

Angulus ut par sit. Ut angulus sit aequabilis, et rectus: quem jungunt tres lineae trium dimensionum, longitudinis, altitudinis et

latitudinis. Sed de fabrica amphorae, quadrantis, cubi lege Budaeum libro V. de asse, et Georgium Agricolam de restituendis ponderibus et mensuris in fine. VINET.

Vers. 61. *Quattuor et medium quadris,* Cod. Bob. Regin. S. Germ. Guelpherb. 1. — *Quattuor ex quadris medium,* Edd. Venet. Lips. Caesar. Const. Burm. — *Quattuor et quadris medium,* Cod. Guelph. 2. Ed. Wernsd.

Quadra dicitur figura quatuor lineis vel lateribus inclusa, ut Auson. in Mos. vers. 312. pyramis dicitur: «quadro cono surgens in fastigia.» Et vide Sereni Moretum, vers. 49. Quoniam amphora Romanorum constabat quatuor quadris, aequalibus angulis, pedem romanum in longum, latum et altum habens, hinc etiam dicebatur quadrantal et cubus. WERNSD.

Vers. 62. *Amphora,* Edd. — *Anphora,* Cod. Bob. sed mox vers. 65. *Amphora.*

fit cubus, Edd. — *fit cujus,* Cod. Thuan. Ed. Venet. princ. — *fit cibus,* Cod. Regin. — *fit cybus hic,* Cod. Bob. sic etiam infr. vers. 195. *cybi,* pro *cubi.*

quam, Cod. Bob. Edd. pl. — *quem,* Ed. Burm. — In Edd. Venet. et Lips. lacuna est: «*Amphora fit cubus ..... ne violare liceret.*»

Locum hunc explicavit Georgius Agricola libro primo de mensuris romanis. VINET.

Vers. 63. *Tarpejo in monte.* In monte Capitolino, ubi fuit arx Tarpeja et Jovis Capitolini templum. VINET.

Vide Agricolam Libr. I. de mensur. pag. 18. BURMANN.

Amphoram Capitolinam hic memorat Priscianus, eamque dicit, tamquam exemplar justae legitimaeque mensurae, Jovi sacratam, et in Capitolio adservatam, ut quasi lex et norma omnium mensurarum esset, quam excedere vel violare negotiatoribus, venditoribus, exactoribus non liceret. Hac de Amphora, et universe de ea cura veterum Romanorum, quam ponderibus et mensuris publice proponendis et servandis, ad mensuras privatorum exigendas et reprimendas fraudes, adhibuerunt, hac occasione paulo agemus diligentius, siquidem plures docti viri hoc Prisciani vel Fannii loco pro argumento istius rei demonstrandae usi sunt, nominatim *Georg. Agricola, de mens. et pond. Libr. I. pag.* 45 *edit. Basil.* 1533; *Lucas Paetus, de mens. et pond. Roman. et Graecor. Libri III. Is. Casaubonus ad Capitolini Maximin. cap.* 4.; *Jac. Gothofredus ad Cod. Theodos. Libr. XII., tit. VI. de susceptor. leg.* 19 *et* 21. *Capitolinam amphoram* vocari non alio loco invenio, praeter illum modo citatum Julii Capitolini, ubi Maximinum seniorem ait *bibisse saepe in die vini Capitolinam amphoram.* Quo

quidem, ipsum amphorae Capitolinae vas ad bibendum adhibitum, significare non potest, sed mensurae amphoram legitimae, cujus est illa in Capitolio servata. Credibile est, scriptorem illum idcirco Capitolinam dixisse, ut justae amplitudinis, et vulgaribus mensuris majorem significaret. Observat Casaubonus ad l. c. mensuras Capitolinas vel urbanas, aut Italicas dictas esse, quae majores essent aliis, quarum vulgo usus, saltem in certis rebus, etiam Romae, nedum in provinciis esset; probatque hoc ex verbis *Symmachi*, qui *libro X. epist.* 33: «Mille sexcentas auri libras decennalibus imperii tui fastis devotus «Ordo promisit, urbanis ponderibus conferendas,» i. e. trutinae largioris examine. Et ipse Priscianus hoc carmine vers. 29. docet, libram urbis Romae et totius Italiae majore fuisse pondere, quam Atticam. Quamquam Priscianus Amphoram tantum, pro exemplo mensurae legitimae in Capitolio servatam, nominat, hoc tamen ita accipi non debet, ac si solum vas amphorale ibi exstitisset. Sed amphoram nominare videtur pro generali mensurarum nomine, quia haec basis omnium habebatur, atque ea mensura constituta facile ceterarum capacitas deprehendi poterat: si quidem amphora duabus urnis constabat, urna quatuor congiis, congius sextariis sex etc. Et congium Capitolinum exstitisse, docet inscriptio vetus in vase ejus mensurae aereo reperta, quod in promptuario Farnesiano adservatum, et a Luca Paeto in calce operis sui depictum proponitur. Inscriptio autem haec est:

IMP. CAESARE
VESPAS. VI. COS.
T. CAES. AVG. F. IIII.
MENSVRAE
EXACTAE. IN.
CAPITOLIO.
P. X.

— Intelligimus ex hac inscriptione, factum fuisse certis temporibus Romae, ut mensurae urbanae publice examinarentur, et ad amussim exemplarium in Capitolio servatorum exigerentur, aut etiam nova mensurarum ejusmodi exempla ad explorandas alias in Capitolio reponerentur. Nam ipsum congium, ea inscriptione insignitum, ex eorum numero fuisse patet. Neque vero haec exactio publica Vespasiani aevo primum facta, aut in solis mensuris exercita est; sed, pondera quoque legitima in Capitolio servata et exacta esse, ex inscriptione multo antiquiore intelligitur, quae in exemplari ponderis apud *Spon*ium, *Miscell. erud. antiq. pag.* 303 exstat:

EXAC. IN. CAPIT.
Q. FABIO. MAXIMO. IIII.
M. CLAVDIO. MARCELLO.
P. XX.

Sacrata Jovi dicitur Amphora ut esset inviolabilis, et quasi sanctitate aliqua munita perpetuo conservaretur, tamquam regula aliarum mensurarum. Nam ad perpetuam conservationem subinde vasa sunt in templis consecrata. Cujus rei exemplum memorat *Plinius*, qui *libro XXXV. cap.* 12., de fictilibus agens dicit: «Erythris in templo hodieque ostenduntur amphorae duae, propter tenuitatem consecratae discipuli magistrique certamine, uter tenuiorem humum duceret.» Sed ad firmitatem et durationem eorum vasorum etiam de materia provisum est publice. Valentinianus et Theodosius Augg. lege caventes, ut per singulas imperii Romani civitates pondera et mensurae publicae essent, hac de causa aeneas et lapideas fieri jusserunt. Sic enim illi edicunt Cod. Theodos. Libr. XII. tit. VI. de susceptor. I. 21. «Modios aeneos vel lapideos, cum sextariis atque ponderibus, per mansiones singulasque civitates jussimus collocari, ut unusquisque tributarius sub oculis constitutis rerum omnium modis sciat, quid debeat susceptoribus dare.» Et congium Capitolinum a Luca Paeto descriptum, idem testatur, ex aere vel orichalco esse. Quando vero sacrata et sancta erant vasa Capitolina, exigendis mensuris destinata, distinguendae ab iis et alio significatu accipiendae sunt, quae subinde sacrae urnae templorum memorantur. Hae enim aquae hauriendae et in templum portandae serviebant, ad abluenda sacra. Sic *Plautus Rudent. Act. II., sc.* 5, 16. sacram urnam Veneris nominat, et mox:

«Metuo, hercle, ne illa mulier mihi insidias locet,
«Ut comprehendar cum sacra urna Veneria:
«Nempe optimo me jure in vinculis enicet
«Magistratus, si quis me hanc habere viderit.
«Nam haec literata est: ab se cantat, cuja sit.»

Ex eo loco discimus urnas sacras nomina habuisse inscripta, cujus fani aut Dei essent, ut sacrificiis eas inserviri significaretur. Tali urna Ilia dicitur aquam petiisse ad sacra Vestae lavanda. *Ovidius, Fast. III.* 1. seqq. *Ilia Vestalis*,

«Sacra lavaturas mane petebat aquas.
«Ventum erat ad molli declivem tramite ripam:
«Ponitur e summa fictilis urna coma.»

Idem de Amymone refert *Ovid. Amor. I*, 10, 5. et de Tarpeja *Propertius IV*, 4, 15:

«Hinc Tarpeja Deae fontem libavit: at illi
«Urgebat medium fictilis urna caput.

Antiquitus Aedilium munus fuisse videtur, amphoras et modios ad mensuram Capitolinae examinare, si opus esset. Hinc *aedilitium modium* a *Varrone apud Nonium* (pag. 271 voc. *convenire, similem esse,*) dici arbitror, ut Capitolinum, qui sit aequus et legitimus: nam Aediles de mensuris cognoscebant, et ipsi aequas justasque habebant, ad quas exigerent alias, frangebant iniquas. *Persius, Sat. I,* 130:

«Sese aliquem credens, Italo quod honore supinus
«Fregerit heminas Areti aedilis iniquas.»

Juvenalis, Sat. X, 101:

«Et de mensura jus dicere, vasa minora
«Frangere pannosus vacuis aedilis Ulubris.»

Seriore aevo imperii Romani, quum pondera et mensurae publicae per singulas civitates essent distributae, par munus concessum fuisse videtur Defensoribus civitatum. Certe lege aliqua Honorii et Theodosii (quae est 3. tit. de super exact. libr. XI. Cod. Theodos.) haec Defensoribus cura et solertia contra susceptores tributorum, qui subjectis majoribus mensuris et ponderibus possessores damno adfecerint, injungitur ut deprehensos cum indicio fraudis commissae ad judices dirigant. *Aristides*, ut adnotavit *Casaubonus l. c.* in tertio sermonum p. 316 Vol. 1. edit. Jebb. mentionem facit mensurae vini, cujus nomen ἡμίνα βασιλικὴ. Namque narrat, quum propter valetudinem diu vino abstinuisset, monitum a Deo suo esse, ut heminam regiam sive imperatoriam vini biberet. Haec hemina βασιλικὴ Casaubono videtur esse Capitolina, sive urbana. Cui sententiae hactenus adsentior, ut existimem, βασιλικὴν ab Aristidi mensuram dici publicam, Imperatorum Rom. auctoritate in provinciis constitutam, ad tributorum et pensionum publicarum modum definiendum. Quae ipsa tamen an cum urbana et Capitolina convenerit, nunc equidem certum non habeo. Sed majores provincialibus urbanas et Italicas mensuras videri, supra jam monuimus. Etsi, quo tempore Romae institui et servari mensurarum et ponderum normae in Capitolio coeperint, incertum est; id tamen dubitari nequit, jam antiquis reipublicae temporibus mensuras et pondera legitimam definitionem et publicam regulam habuisse. Et quum *Suetonius, cap.* 8. memoret, Vespasianum magna industria restitutionem Capitolii conflagrati aggressum esse, atque imprimis aerearum tabularum tria millia, instrumentum imperii pulcherrimum ac vetustissimum, restituenda suscepisse, sane credibile est, in rebus Capitolii a Vespasiano restitutis, fuisse etiam publicas mensurarum et ponde-

rum formas, ad pristinam legitimamque rationem exactas. Olim autem in republica legibus singularibus non solum mensurae et pondera definita, sed et cura custodiaque eorum certis magistratibus mandata et sancita est. Servavit Pomp. Festus in *Publica pondera* plebiscitum antiquum, quod duo Silii P. et M. Tribuni plebis rogarunt, in quo post definitum quadrantalis, congii, sextarii, modii numerum librarum, haec additur sanctio: «Si quis magistratus adversus haec D. M. «(dolo malo) pondera modiosque, vasaque publica, modica, minora, «majoraque faxit, jussitve fieri, dolumve adduit, quo ea fiant, eum «quis volet magistratus mulctare liceto etc.» Quum in hoc plebiscito cum mensuris *vasa publica* nominentur, videntur omnino vasa significari publice aliquo loco proposita, ad normam justae et legitimae mensurae tuendam; etsi in Capitolio an tum fuerint servata, non liquet. De magistratibus ibi memoratis dubium non est, Praetores inprimis et Aediles intelligi, quibus venditionum, mercium et mensurarum curam mandatam fuisse constat. Sub Imperatoribus quum Praefecti Urbis fierent, quorum veluti conflata ex praetorio et aedilitio munere potestas erat, hos legimus imprimis de ponderibus publicis cognovisse. Quamquam exstabant in Capitolio mensurae et pondera publica, non poterant, in urbe tam magna, privatorum pondera ubique et semper ad Capitolinum exemplar exigi; neque ratio haec ad tuendam ubique ponderum legitimam aequalitatem, fraudesque venditorum avertendas, sufficere visa est. Itaque sequioribus temporibus legimus Praefectorum urbis provisione multiplicata per urbem ponderum et mensurarum exemplaria, ipsosque imperatores saepe eorum examinandorum curam ad se revocasse. Profert Raph. Fabrettus, Inscript. antiq. VII., 380. pag. 528, inscriptionem vasis aenei antiqui amplo ore, et latis labris, Neapolim in Museum Andreinum perlati, quae, exstitisse mensuras in Capitolio, et ad exemplum earum per regiones Urbis missas esse, testatur, quo Caesare Augusto auctore non liquet:

MENSVRAE . AD . EXEMPLVM
EARVM . QVAE . IN . CAPITOLIO . SVNT
AVCTORE . SANCTISSIMO . AVG . N.
NOBILISSIMO . CAES.
PER . REGIONES . MISSAE . CVRA . D . SIMONIO
IVLIANO . PRAE . VRB . C . V.

Sub Valentiniano sen. circa ann. Chr. 368., Vettius Agorius Praetextatus, Praef. Urb. cujus insigne elogium monumento publico proditum exstat in Burmanni Antholog. lat. Libr. IV. ep. 201. «pondera per re«giones universas urbis instituit, quum aviditate multorum, ex libidi-

«ne trutinas componentium, occurri nequiret,» teste *Ammiano Marcell. Libr. XXVII. cap.* 9. *extr.* Ut ipse Valentinianus edicit leg. 4. tit. IV. *de suariis, pecuariis, libr. XIV. Cod. Theodos.* Praetextati decessor Turrius Apronianus anno superiore jam instituerat, ut in carnibus vendendis «aestimandi licentia suariis denegata, pondus porco«rum trutinae examine, non oculorum libertate quaereretur,» sive ut in ipso Aproniani edicto enuntiatur, quod etiamnum tabula marmorea servatum exstat, et in *Corpus inscript. Gruter. pag.* 647. *n.* 6. relatum est «ut consvetudine aestimandi submota sub exagio potius pecora ven«derentur..... carne sub conspectu publico fide ponderis comproba«ta.» Valentinianus junior et Theodosius leg. 19. tit. *de susceptor.* A. Chr. 383. jubent «in singulis stationibus mensuras et pondera publice «collocari, ut fraudare cupientibus fraudandi adimant potestatem.» Theodosius junior *Novella XXV.* edicit: «De ponderibus ut fraus pe«nitus amputetur, a nobis aguntur exagia, quae sine fraude debeant «custodiri.» Et Majorianus Imp. Novell. 1. «fraudibus obviandum exi«stimans, quas in varietate ponderum exactorum calliditas facere con«suevit» jubet «a praetoriana sede ad singulas non solum provincias, «sed etiam civitates, pondera examinata mitti, quibus tam omnis ex«actor, quam negotiator utatur.» Quae praeterea eam in rem constituta a Theodorico rege sunt, adnotavit Gothofredus ad dictam legem 19. *tit. de susceptor.* Hoc tantum extremo loco, Gothofredo et Casaubono monentibus, observamus, moris fuisse postea, ut acceptas ab Imperatore mensuras et pondera servarent vel Papa, vel Senatus. Exstat enim Justiniani pragmatica sanctio, cujus cap. XVIII. jubentur dari vel suscipi species vel pecuniae «in illis mensuris» inquit «vel «ponderibus, quae beatissimo Papae, vel amplissimo Senatui nostra «pietas in praesenti contradidit.» Imo etiam in Ecclesiis eodem fine adservata esse pondera, testis est Justiniani Novella 128, cap. 15. Quo pacto servatus quodammodo est ritus Amphorae Capitolinae Jovi olim sacratae, ut, quemadmodum veteres Romani solerent mensuras et pondera publica, intemeratae custodiae causa, sacrare Jovi, et in Capitolio, loco sancto, deponere, ita Christiani Imperatores vellent eadem in sacrariis templorum servari. Wernsd.

Vers. 64. *dimidium*, Edd. — *dimedium*, Cod. Bob. sic etiam supra vers. 53.

fert urna ut et ipsa, Edd. pl. — *fertur nam ut ipsa*, Codd. Regin. S. Germ. Guelph. 1. et 2. — *fertur nam ipsa*, Cod. Bob. a pr. m. sed ibi tert. sic correxit: «*fert: ur⌣na: m ut ipsa.*»

medimni, Edd. — *edemni*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. m. tert. *medemni*.

Vers. 65. *Sextarius*, Cod. Bob. Edd. pl. — *sestarius*, Cod. Regin. Ed. Caesar. constante;

istum, Edd. omn. Cod. Bob. — *unum*, Cod. Thuan.

Hoc est modius capit sextarios sedecim. VINET.

Vers. 66. *Sedecies*, Cod. Bob. Edd. Const. in marg. Pith. — *Sexdecies*, Edd. pl. De modio loquitur, qui 16 Sextarios capiebat. 60 Sextarii aequant 1¼ Amph., nec pes in 60 digitos, sed nonnisi in 16 solvitur.

haurit, quot solvitur in digitos pes, Edd. omn. — *aurit quod solvitur indirit ospes*, Cod. Bob. a pr. man. sed ex emend. sec. recept.

Pedem, quo res metimur, in sedecim partes aequales dividimus, quas adpellamus digitos. Dividitur idem et in duodecim, quas vocamus pollices. VINET.

Dicit igitur ½ Amph. = 1 Urn. ½ Medimn. = 1 Amphor. = 3 Mod. 1 Mod. = 16 Sextar. Et recte quidem Medimnus enim Atticus capiebat 6 Modios hinc 1 Amph. = 3 Mod. = ½ Medimn. Hinc apparet apud *Cornelium Nepotem Attic. c. II.*: «universos frumento donavit, «ita ut singulis *sex modii* tritici darentur: qui modus mensurae, *me*«*dimnus* Athenis appellatur» non autem «*septem modii*,» quemadmodum editiones vulgatae exhibent, esse legendum. Similis error in Lex. reg. Ms. ab *Alberti ad Hesych. edit. Lugd. Batav.* 1746. *tom.* 1. *col.* 556. citato, ubi: «*μέδιμνον τὸ μόδιον, ἢ μέτρον ἀττικὸν γινόμενον μό*«*δια ἑπτὰ, ἤτει τεσσαρακοντα οκτὼ χοίνικες*» legitur, sed hic error manifestus 48 *χοίνικες* enim aequant 6 modios, non septem, siquidem *ἑκτεὺς* seu modius = 8 *χοίνικ.*, ut id apparet e *Julio Pollu*ce in Onomast. edit. Lederl. et Hemsterh. Amst.* 1707. *Libr. IV. cap.* 23. *tom.* 1. *pag.* 449 scribente: «*ὁ δὲ μέδιμνος, χοινίκες ὀκτὼ καὶ* «*τεσσαράκοντα. ὁ δὲ ἡμιμέδιμνος τέσσαρες καὶ εἴκοσιν. ὁ δὲ τρι*«*τεὺς, ἑκκαίδεκα. ὁ δὲ ἑκτεὺς, ὀκτώ. τὸ δὲ ἡμίεκτον, τέσσαρες.*» Ceterum modium unum etiam quandoque minus accurate vocari medimnum, apparet ex *Hesychii ed. cit. tom.* 1. *col.* 998. verbis: «*διμέ*«*διμνον. μέτρον χωροῦν δύο μοδίους.*»

Vers. 67. *At cotylas*, Edd. omn. — *Ad colittas*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. man. tert. «*cotilas.*»

Vers. 68. *Heminas*, Edd. — *emina*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. *eminas.*

Ἡμισυ significat dimidium; unde heminam dictam putant. Festus: Hemina ex graeco *ἥμισυ* quod est dimidia pars sextarii. VINET.

De Cotyle vide praeter *Hesychium ed. cit. tom.* 1. *pag.* 1634 et *Suidam v. κοτύλη, edit. Küst. tom.* 1. *pag.* 330. imprimis *Athenaeum*

Deipnosoph. Libr. XI. cap. 57. *edit. Schweighaeus. tom. IV. pag.* 272 *seqq.* Heminam autem sive semisextarium aut ἡμιξέστιον et Cotylen eandem esse mensuram, testantur praeter *Scholiast. ad Aristoph. Plut.* v. 436. etiam *Hesychius edit. cit. tom.* 1. *col.* 1634: «ἡμίνα. κοτύλη» explicans, et Pamphilus apud *Athenaeum libr. XI. cap.* 57. *edit. cit. tom.* 4. *pag.* 274 his verbis: «Διόδωρος δὲ, ἐν ἰταλικαῖς γλώσσαις, «καὶ Ἡράκλειτος, ὡς φήσι Πάμφιλος, τὴν κοτύλην καλεῖσθαι «καὶ ἡμίναν, παρατιθέμενος Ἐπιχάρμου·

«καὶ πιεῖν ὕδωρ διπλάσιον χλιαρὸν ἡμίνας δύο.»

«καὶ Σώφρων·

«κατάστρεψον, τέκνον, τάν ἡμίναν.»

i. e. «Diodorus vero in glossis italicis, et Heraclitus, ut ait Pamphilus, «cotulam etiam tradunt heminam dici, adposito illo Epicharmi verbo:

«Et bibere aquae duplum tepidae, heminas duas»

«et Sophronis:

«Verte, fili, heminam.»

Cfr. *Casaubonum ad h. l.* et vid. etiam *Eustath. ad Iliad.* χ'. *pag.* 1389 *lin.* 14. — Ex his emendandus *Julii Pollucis onomast. libr. IV. cap.* 23. *edit. cit. tom.* 1. *pag.* 449 locus: «κοτύλη δὲ τὸ τρίτον τῆς χοΐνι κος,» et sic legendus: «κοτύλη δὲ τὸ τέταρτον τῆς χοίνικος.» Si enim quadraginta et octo χοίνικες ex eodem Polluce medimnum explent, qui centum nonaginta et duas cotylas continet, cotylen quartam, non tertiam choenicis partem esse, patet. Ceterum cotylas non tantum liquidorum, sed et aridorum mensuram fuisse, probat idem *Pollux libr. X. cap.* 25. *tom.* 2 *pag.* 1292 ex illo *Thucydidis libr. VII. cap.* 87. *loco*: «ἐδίδοσαν γὰρ αὐτῶν ἑκάστῳ ἐπὶ ὀκτὼ μῆνας κο«τύλην ὕδατος καὶ δύο κοτύλας σίτου.»

Vers. 69. *quis quater adsumptis — qui quater adsumptis*, Cod. Bob. a pr. m. *qui quater adsumptus*, Cod. Bob. ex emend. man. sec. Edd. *fit grajo nomine choenix*, Edd. — *fit graja nomine cenis*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. *cenix*.

quis quater adsumptis, ita sane legendum conjecto. *Quis*, i. e. *heminis*, quater adsumptis fit choenix, non quemadmodum Vinetus vulgatam lectionem interpretatur, *qui*, i. e. *sextarius* quater adsumptus χοίνικα facit, χοίνιξ enim aequat duos sextarios seu quatuor heminas, si quidem quadraginta et octo χοίνικες teste Polluce medimnum explent, medimnus autem explet sex modios, hinc unus modius aequat octo χοίνικες; modium autem triginta et duabus heminis expleri con-

stat, unde patet quatuor heminas χοίνικα aequare. Apud Pollucem l. c. ποτύλη τὸ τέταρτον τῆς χοίνικος, pro τὸ τρίτον legendum esse, ad vers. 68. monuimus.

Vers. 70. *duas*, — *duos*, Codd. Edd.

chus fit, Edd. — *hujus fit*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept.

Χοῦς Graecis, Romae vulgo congius dicebatur. Burmann.

Ad quatuor sextarios, qui χοίνικα faciunt, adde duos sextarios, fient sex sextarii, qui χόας complent. Vinet.

Imo vero ad χοίνικα = 4 Hemin. = 2 Sext. Adde 2 χοίνικες = 4 Sext. et Congium explebunt. Hesychius tribus in locis χοοῦ et ἡμιχόου meminit, tom. 2. col. 1562. inquit: «χοῦς. μέτρον ποτυλῶν» tom. 1. col. 1636: «ἡμίχους. μέτρον μεδίμνου τέταρτον» et tom. 1. col. 1633: «ἡμιδωδέκατον. τὸ ἡμίχουν.» Apparet scripturam h. l. esse satis corruptam, sic autem emendandam: «χοῦς μέτρον ποτυλῶν $\overline{\iota\beta}$. — ἡμίχους μέτρον μεδίμνου $\overline{\pi\delta}$.» Chus enim continet cotylas 12, non octo quemadmodum Suidas et Aristophanis Scholiastes volunt, unde si $\frac{1}{2}$ Chus = 6 Cotyl. = $\frac{1}{24}$ Medimn. 144 Cotyl. = 1 Medimn., quae revera non quidem medimnum illum atticum, qui 6 Modios, seu 16 Chus aequat, sed metretam graecam, quae $4\frac{1}{2}$ Modium seu 12 Chus continet, explent. Vid. ad vers. 85. ἡμιδωδέκατον autem sunt 6 Cotyl. $\frac{1}{2}$ Chus.

Vers. 71. *E quo*, Codd. Guelph. 1. et 2. Edit. Pith. — *aequo*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. *ex quo*. — *A quo*, Edd. pl.

Eadem diversitas apud *Ovidium Fast. IV.* 8. ubi vide, et *Amor. I.* 8. 3. Burmann.

Vers. 72. *capiat*, Edd. omn. — *recipit*, Cod. Bob.

«Sex sextarii congius siet vini. Duo de quinquaginta sextarii quadrantal siet vini.» *Plebiscitium vetus* apud Festum v. *publica pondera*, edit. cit. pag. 392.

Vers. 73. *Cotyle*, Edd. — *Cotyla*, Cod. S. Germ. Regin. — *Cotylas*, Cod. Thuan. — *cotilem*, Cod. Bob. sed *m* a sec. man. punctis notatur.

cyathos, Edd. — *cyatos*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. *chyatos*, sic mox vers. seq. *chyatos* ab ipsa prima manu infr. v. 77. *cyaci* et v. 80. *cyathus*.

bis, Edd. — *vix*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

Vers. 74. *Sed cyatho nobis pondus quoque saepe notatur*, Cod. Bob. *sed chyato*. — *Sed de abaco nobis id pondus saepe notatur*, Edd. — *Sed de bato nobis id pondus saepe notatur*, Cod. S. Germ. — *Sed*

de bato nobis pondus quoque saepe notatur, Cod. Regin. — *Sed pondus nobis de vato saepe notatur*, Cod. Thuan.

Id pondus nempe cyathorum, saepe a *nobis notatur*, usurpatur, quando *de abaco*, mensa vinaria, poculum vini poscimus. Nam olim cyathis vinum metiebantur, atque hi positi erant in abaco. *Horat. Sat. I.* 6. 116:

. . . . . «et lapis albus
«Pocula cum cyatho duo sustinet.»

et *Juvenalis Satyr. III. vers.* 204:

. . . . . «urceoli sex,
«Ornamentum abaci.» WERNSD.

Vulgatam lectionem, omnino desperatam, ingeniose interpretatur Wernsdorfius, Cod. Bob. lectio, a nobis edita, omnino facilior et aptior, e sequenti versu confirmatur.

Vers. 75. *Bis quinae*, Cod. Bob. a pr. m. Edd. Col. Riv. Const. in marg. — *Vix quinae*, Cod. Bob. ex emend. man. sec. — *Bis quinque*, Edd. Venet. Lips. Caesar. Const. in text.

hunc, deest in Cod. S. Germ. Edd. Lips. ann. 1515. Pith.

malis, Cod. Bob. — *velis*, Codd. teste Burmanno Ed. Pith. — *velles*, Edd. Venet. Lips. Col. Const. in marg. — *tentes*, Ed. Caesar. Const. in text. Rivin. Burm. Wernsd.

Docuit Agricola hoc intelligendum de pondere olei. Sensus ergo hujus loci erit, cyathum olei pendere 10 drachmas. VINET.

Vers. 76. *Oxybaphon fiet*, Cod. S. Germ. Edd. Col. Rivin. — *hoc si bafon fiet*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. man. tert. «*oxybafon.*» — *oxybatum erit*, Cod. Thuan. — *oxybafus fiet*, Edd. pl.

ad istas, Cod. Bob. Edd. Venet. Lips. Riv. Burm. Wernsd. — *ad ista*, Codd. Thuan. Regin. a man. sec. *ad illas*, Edd. Caesar. Const.

Si quinque drachmae ad decem addantur, fient quindecim drachmae: quot continet cyathus semis. VINET.

«ὀξύβαφον. τὸ δεχόμενον τὸ ὄξος μεῖζον δὲ τὸ τριβλίον τοῦ «ὀξυβάφου. Ἀριστοφάνης ὄρνισιν·

«ὀξύβαφον ἐντευθενὶ πρόσθου λαβὼν, ἢ τριβλίον.»

Suidas v. ὀξύβαφον *edit. Küst. tom.* 2. *pag.* 702.

Quae Priscianus de cyathi pondere observat, ea e *Plinii H. N. Libr. XXI. cap.* 34. loco: «Cyathus pendet per se drachmas decem. «Cum acetabuli mensura dicitur, significat heminae quartam partem, «id est drachmas quindecim» mutuatus videtur, observante *Budaeo de asse, libr. V. ed. cit. fol. CXXVIII. a.*, quem vide. Cum his conferendum etiam *Hesychii tom.* 2. *col.* 362. testimonium: «κυάθους δέχε«ται δὲ ὑγροῦ τινος οὐγγίας δύο» id est 16 Drachmas. Amphora au-

tem continebat quingentos et septuaginta octo cyathos, non quingentos septuaginta sex, quemadmodum apud *Volusium Maecianum de asse*, loco illo: «Quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet urnas 2, modios 3, semodios 6, congios 8, sextarios 48, heminas 96, quartarios 192, cyathos 576» *in Graevii thesaur. antiq. tom. XI. col.* 1710. vitiose legitur.

Vers. 77. In Cod. Bob. a prima manu praetermissus, a tertia in margine additus est.

At mystrum, Cod. Bob. Edd. — *Ad mystrum*, Cod. Regin.

cyathi, Edd. — *cyati*, Cod. Bob.

sed tertia, Cod. Bob. — *at tertia*, Cod. Thuan. — *ac tertia*, Edd.

Mystrum, e graeco μύστρον, grande cochlear. LEMAIRE.

Vers. 78. *chemen*, Edd. pl. Const. in marg. — *chiam*, Cod. Thuan. — *gamen*, Cod. Regin. — *olemen*, Cod. Bob. sed literae *cl* a tertia manu in rasura scriptae sunt. — *cyanem*, Edd. Venet. Lips. Col. Const. in text. — *cyamen*, Ed. Caesar. Cfr. *Vossium ad Hesych. v. χήμη*, *edit. cit. tom.* 2. *col.* 1551.

cochlearia, Edd. — *coclaria*, Cod. Bob. vid. infr. ad vers. 83.

Χήμη est rectus hujus; quod varie corruptum fuit in nostris exemplaribus. De Cheme et mystro Agricola Libr. III. VINET.

Vers. 67 — 78. Cum his comparandus *Isidori Hispalensis locus Origg. libr. XIV. cap.* 25. scribentis: «Mensurarum pars minima «*cochlear*, quod est dimidia pars dragmae appendens siliquas novem. «Qui triplicatus *conculam* facit. Concula dragma una et dimidia ad«impletur. *Cyathi* pondus decem dragmis appenditur: qui etiam a «quibusdam *coulacus* dicitur. *Oxifalus* fit si quinque dragmae addan«tur ad X. *Acitabulum* quarta pars heminae est, XII dragmas appen«dens. *Cotula* hemina est habens cyathos sex, quae idcirco cotula vo«catur, quia graeco sermone cote incisio dicitur, et hemina sextarii «in duo aequa inciditur et cotulam facit. *Hemina* autem appendit li«bram unam, quae geminata sextarium facit. *Sextarius* duarum libra«rum est, qui bis assumptus bilibris nominatur, assumptus quater fit «Graeco nomine *choenix*, quinquies complicatus *quinatum* sive *gomor* «facit. Adjice sextum, *congium* reddit. Nam congius sex metitur sex«tariis, a quo et sextarii nomen dederunt.»

Vers. 79. *componere*, Edd. — *conponere*, Cod. Bob.

Vers. 80. *Sextario*, Codd. S. Germ. Regin. Bob. ex emend. man. tert. — *si sextarios*, Cod. Bob. a pr. m.

quae est uncia librae, Edd. pl. — *quae est et uncia librae*, Ed. Caesar. — *quae uncia librae*, Cod. Bob. — *quam uncia librat*, Cod. S. Germ.

Vers. 81. *oxybaphi*, Edd. — *exobaphi*, Cod. Regin. — *exobasi*, Cod. S. Germ. — *hoc so baphi*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. *hoxyibaphi.*

sescuncia, Edd. — *sexcuncia*, Codd. Thuan. Regin. — *uncia*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. man. tert. *sescuncia.*

Vers. 82. *Sicilicumque*, Cod. Bob. — *Siciliquumque*, Edd.

mystro, Edd. — *mistro*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept.

simulare, Cod. Bob. Edd. Caesar. Const. in text. Burm. Wernsd. — *similare*, Edd. Venet. Lips. Vinet. Pith. — *similare vel adsimilare*, Const. in marg.

Vers. 83. *Cochlear*, Edd. — *clocleare*, Cod. Bob. a pr. m. sed *l* et *e* supervacum a tert. man. punctis notatum.

Scriplique, Edd. pl. — *scripulique*, Cod. Bob. — *scrupulique*, Edd. Ven. Lips. Col.

Vers. 84. *discenda*, Cod. Bob. a pr. m. sed *s* a man. rec. puncto notatum, Codd. Regin. S. Germ. Edd. Venet. Lips. Vinet. Col. Pith. Rivin. Hotom. — *dicenda*, Edd. Caesar. Const. Burm. Wernsd.

Vers. 85. *Hanc*, Cod. Bob. Edd. — *hunc*, Codd. Regin. S. Germ.

facies, vox haec in Cod. Bob. a tertia manu scripta est.

Videatur Agricola de mensur. graec. pag. 37. BURMANN.

Amphoram atticam vocat seu Cadum, quae aliis *μετρητὴς* dicitur, duodecim congios explens. Cadus apud *Columell. Libr. XII. c.* 28. et alios passim est amphora romana 2 urnas hauriens, haud attica *μετρητὴς*, quae 3 urnas capiebat.

Nostrae, i. e. romanae amphorae, quae continere duas urnas dicta est, si unam urnam addideris, fiet attica amphora, tres urnas continens. VINET.

Nos et *nostra*, quum Latini sint scriptores, de Romanis capiendum, si Graeci sint, de Graecis intelligendum. Videatur Rhod. Lex. Scribon. in nos. BURMANN.

Vers. 86. *nostra*, Cod. Bob. Edd. Col. Vinet. Const. in marg. Pith. Rivin. Wernsd. — *nostro*, Edd. Venet. Lips. — *nostris*, Edd. Caesar. Const. in text. Burm.

Vers. 87. *Culleus*, Cod. Bob. Edd. pl. — *Cullerus*, Edd. Venet. Lips. — *hac*, Edd. — *hanc*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept.

major nulla est, Codd. Thuan. Regin. S. Germ. — *majoris nulla est*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. *major.* — *nulla est major*, Edd.

Culleo recte tribuit 20 amph. roman., siquidem e *Plinio H. N. libr. XIV. cap.* 4. septem cullei centenas quadragenas amphoras aequant.

Vers. 88. *Advena Nilus*, h. e. ripas egrediens. Sic advena Nereus *Claudiano VI. Cons. Honor. vers.* 496. et de Nilo *Calpurnius VII. vers.* 68:

«Qui sata riparum venientibus irrigat undis.» Wernsd.

Vers. 89. *Artaba*, Edd. — *arta ua*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept.

superat, Edd. — *superest*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept.

Artabam aegyptiacam aequare dicit $3\frac{1}{3}$ Modios hinc 10 Modios explere 3 Artabas. Herodotus Libr. 1. cap. 192. edit. Wesseling. Amst. 1763 pag. 1. Artabam, quam consentientibus etiam Hesychio Suida et aliis, mensuram persicam vult, 1 Medimn. attic. + 3 Choen. explere dicit. Cfr. de Artaba *Pollucem IV.* 168. *pag.* 214. *Scholiast. ad Aristoph. Acharn. act.* 1. *sc.* 2. *vers.* 91. *Hieron. ad Esai. V.* 10. imprimis vero *Relandium dissert. VIII. de vet. ling. pers. p.* 134 et 136 *et Wilkins diss. de ling. copt. pag.* 96 qui vocem copticam *EPTΩB* huc adferunt. *Bochartus Geogr. sacr. Libr. I. cap.* 17. hanc mensuram a Persis in Aegyptum invectam fuisse suspicatur.

Vers. 90. *decem modiis*, Codd. teste Burmanno. Edd. Vinet. Pith. Hotom. Burm. Wernsd. — *decem modios*, Cod. Bob. a tert. m. — *namque etiam*, Edd. Venet. Lips.

explebitur, Edd. — *explebit*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. m. tert. recept. unde apparet diorthotam male sedulum fuisse, qui mox antea scripserat «*decem modios*» nam «*decem modios explebit*» tolerabilius esset, quam «*decem modios explebitur.*»

Vers. 91. *Illud praeterea veteres perhibere memento*, Codd. Regin. Bob. (sed posterior *veteris.*) — *Illud praeterea tecum cohibere memento*, Edd. Vinet. Pith. Burm. Wernsd. — *Illud praeterea ..... cohibere memento*, Edd. Venet. Lips. Caesar. relicta lacuna, *tecum* deest etiam in Cod. Thuan. Lectio Codd. Regin. et Bob. confirmatur e verss. 96 et 97.

Illud praeterea veteres perhibere memento, Cod. Regin. non male: ita vers. 123:

«Ex ipsis veterum poteris cognoscere chartis.»

et ita saepe medici. Vid. Rhod. Lexic. Scrib. in voc. auctores antiqui. Burmann.

Vers. 92. Integer versus deest in Edd. Venet. et Lips.

Vers. 93. *bessem*, Edd. pl. — *bessen*, Edd. Venet. Lips. — *bissem*, Cod. Regin. — *besen*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. *bescm.*

addet, Edd. pl. — *addit*, Cod. Bob. Edd. Hotom. Riv.

Vers. 94. *pendas*, Edd. — *plendas*, Cod. Bob. a pr. m. sed *l* a manu recentiori punctis notatum.

Lyaei, Edd. — *lyçi*, Cod. Bob.

Vers. 95. *labentis olivi*, Edd. pl. Codd. plerique teste Burm. — *labentis olivae*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept. — *liventis*, Edd. Colon. Vinet. Pith. Rivin. — *flaventis*, conjicit Heinsius.

Labens oleum, in palaestrae mentione saepe occurrit, sed hic locum vix habet. Burmann.

Vers. 96. *Selibramque*, Cod. Bob. Edd. — *Sed libramque*, Cod. Thuan.

Libet comparare rationes ponderum hic traditas cum iis, quas recentiorum experimenta suppeditant. Pondus Sextarii aquae purae hic perhibetur $1\frac{2}{3}$ librae, et olei olivarum $1\frac{1}{2}$ librae. Ratio ergo gravitatum specificarum aquae et olei est 10:9. Haec satis exacte convenit cum ea, quam Musschenbroeckius adsignat in Philosoph. Natur. tom. II. nempe 1000:913. Pondus sextarii mellis hic dicitur esse $2\frac{1}{2}$ librarum. Itaque ratio gravitatum specificarum seu densitatis aquae et mellis est $1\frac{2}{3} : 2\frac{1}{2}$, sive 2:3, sive 10:15, Musschenbroeckius hanc rationem tradit 1000:1500, vel etiam 1000:1450, quarum prior exacte eadem est, quae auctori nostro. Klügel.

Vers. 99. *Puteis*, Cod. Bob. Edd. — *Putei*, Codd. Thuan. Regin. *fonte*, Edd. — *forte*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

Vers. 100. *Manantes*, Edd. — *manentes*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

Cfr. ad h. l. *Plin. H. N. libr. XXXI. cap.* 12. et vide *Savotum op. cit. in Graevii thes. tom. XI. col.* 1269. *seqq.*

Vers. 101. *nuperve aut ante tulere*, Cod. Bob. Edd. — *nuper dant tanta tulere*, Cod. Regin. a pr. m.

His verbis vina discernit juxta aetatem, recentia, inquit, aut vetustiora. Wernsd.

Etiam campestria vina, a collinis distinguere videtur, quemadmodum *Columella libr. XII. cap.* 21. *inter Script. Rei Rust. edit. Basil.* 1535. *pag.* 210. campestres vineas a collinis distinguit, inquiens: «ejus «defruti sextarius in duas urnas musti adjicitur, si mustum ex vineis «collinis est, sed si ex campestribus, sex heminae adjiciuntur.»

Vers. 102. *mechanîca*, Edd. — *mecanica*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

promptum est, Cod. Bob. Edd. — *est promptum*, Cod. Thuan.

deprendere, Codd. Bob. Regin. S. Germ. Ed. Wernsd. — *deprehendere*, Cod. vet. a Pithoeo citatus, Ed. Colon. — *depromere*, Edd. pl.

Etsi Burmannus cum plerisque editis depromere habent, ego praeoptavi deprendere, quia promptum est et depromere male junguntur,

et auctor eo verbo simili in re saepius utitur. Vid. vers. 126. et 156. Wernsd.

Mechanica Musa, i. e. operosa ingenio *μηχανικῇ*. Caesar.

Τῇ μεχανικῇ τέχνῃ, mechanicae artis instrumenti artificio et experientia. Const.

Vers. 103. *ducitur*, Edd. — *dicitur*, Codd. Regin. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept.

argenti, Edd. pl. — *argento*, Cod. Bob. Edd. Pith. Hotom. Rivin.

tenuive, Edd. — *tenuesve*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

cylindrus, Edd. — *cilindrus*, Cod. Bob. et sic constanter. — *cylindris*, Codd. Thuan. Regin. et ita mox vers. 109.

Sic plane describit *Synesius* hydroscopium, sive *βαρύλλιον*, quod sibi mitti ab Hypatia magistra petit *Epist. XV.*: «*σωλὴν ἐστὶ κυλινδρικὸς, αὐλοῦ καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος ἔχων* etc. Wernsd.

Vers. 104. *arundo* — *harundo*, Cod. Bob.

Quantum, i. e. quantum arundinis internodium. Const.

Vers. 105. *cono*, Cod. Bob. Edd. pl. — *tono*, Edd. Venet. Lips.

Conus e ligno cylindrum subiens, basin obturat. Vide in nostro lexico *βαρύλλιον*. Const.

Vers. 106. *Ne totus*, Edd. — *nec totus*, Cod. Bob. a pr. m. sed a m. rec. *neu*.

Sedeat, Heinsius malebat *sidat*: ut margo Const. Burmann.

Conus modici ponderis, e plumbo vel alio metallo conflatus, cylindri cavi basi inferiori insidet, eumdemque hac parte graviorem efficit, quo fit, ut cylindrus erectus in fluido natet. Absque enim cono hoc, vel alio corpore, cylindri partem extremam alteram gravante, instrumentum totum aquae innataret, basi utraque prominente; addito pondere quodam exiguo ad superficiem aquae inclinaretur; sed nimis gravatum, si aqua ponderosius fiat, ad fundum vasis pertingeret, eique insisteret. Quare pondus coni ita temperandum est, ut tum in levioribus, tum gravioribus aqua liquoribus cylindrus erectus haereat. Pondus liquoris expulsi, cujus locum cylindrus occupat, aequale erit ponderi cylindri, et densitates liquorum diversorum sese habent reciproce, ut portiones cylindri liquori immersae. Ceterum coni loco aliud quoque corpus satis grave cylindro inmitti posset, sed conus situm stabilem obtinet, ita ut non timendum sit, ne baryllion inclinetur, dummodo basis coni cum basi cylindri fere conveniat. Cylindrus aliquis solidus, ejusdem cum cono ponderis, et ex eadem materia confectus, idem praestat, quod conus. Sed auctor conum fortasse eam

ob causam adhibet, ne de duplici cylindro loquens obscurus fieret. Klügel.

Vers. 107. *A summo*, Cod. Bob. Edd. Venet. Lips. Col. Hotom. Pith. Rivin. Wernsd. — *a summa*, Edd. Caesar. Const. Burm.

A summo, sic habent hic scripti calamo codices, et sic legendum, non *a summa*. Vinet.

descendat, Codd. Bob. Regin. — *descendit*, Edd.

ad imam, Cod. Bob. (Conject. Klüg.) — *ad ima*, Edd.

Vers. 108. *superficiem*, Cod. Bob. — *superficie*, Edd. — *superfacie*, Cod. Regin.

totque aequa, Cod. Bob. ex emend. man. sec., a prima *tot*, et a tertia «*totidemque*» — *tot quaequa*, Cod. S. Germ. — *tot quaequae*, Edd.

secatur, Cod. Bob. Edd. — *secetur*, Cod. Thuan.

Lege, *a summa..... ad imam Ducta superficiem, quaequae in tot frusta* etc. *frusta ἀπύρους* pro segmentis, interstitiis, ac intervallis distinctae lineae. Const.

Tot quaequae etc. Et quae linea ducta in superficie cylindri secundum longitudinem a summo ad imum ejus in tot partes dividitur, quot scripula pendit cylindrus. Vinet.

Superficiem hic sumo pro basi cylindri. Ducenda est linea a basi superiori, ad inferiorem. Legendum existimo *imam* loco *τοῦ ima*. Klügel.

Vers. 110. *potes*, Cod. Bob. Edd. Colon. Vinet. Pith. Const. in marg. Hotom. Rivin. Wernsd. — *potest*, Edd. Venet. Lips. Caesar. Const. in text. Burm.

spectare, Cod. Bob. Edd. — *peccare*, Cod. S. Germ.

In *spectare* exprimit graecum ejus instrumenti vocabulum *ὑδροσκόπιον*. Wernsd.

Vers. 111. *si tenuis*, Edd. In Cod. Bob. *τὸ si* deest a pr. m. a sec. additum.

major pars mergitur unda, Cod. Bob. ex emend. man. sec. a pr. *pergitur*. — *majori immergitur unda*, Edd. Vinet. Const. in marg. Pith. Burm. — *major immergitur unda*, Edd. Venet. Lips. — *majori mergitur unda*, Edd. Colon. Caesar. Const. in text. Wernsd. — *major submergitur unda*, Cod. Thuan. — *major mergitur unda*, Cod. Regin.

majori immergitur, subaudi pondere, Caesar.

majori mergitur unda, hanc lectionem praefero alteri, *majori immergitur unda*, quae *majori* intelligit de pondere majore cylindri. Nam *major unda* est copiosior, majoris modi, et plus spatii occupans, quemadmodum mox ipse auctor dicit vers. 115. Sensus itaque est: Si

tenuis erit liquor, tum cylindrus profundius descendet, et majore undae copia tegetur. Wernsd.

Legitur et *majori mergitur*. Sensus autem est: Si aqua, in quam cylindrum injeceris fuerit tenuis et levior, ea cedet oneri; et in eam cylindrus altius descendet, majoreque pondere. Sed confer huc, quae de aqua marina et fluviali disputat Aristoteles in Problematibus, et Macrobius septimo Saturnaliorum. Vinet.

Majori immergitur unda, h. e. altius immergitur, majorem liquoris portionem expellit. Legendum autem *undae*, sive *mergitur* loco *immergitur*. Res ipsa ex Hydrostaticis satis patet. Densitates seu gravitates specificae corporum sunt inter se, ut pondera eorum, si volumina sive spatia ab ipsis occupata sunt, aequalia. Sed sumptis ponderibus aequalibus, uti hoc loco fit, densitates sunt reciproce ut volumina, sive reciproce ut partes cylindri immersi. Klügel.

Vers. 112. *Sin gravior*, Edd. — *si gravio*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

modulos superesse, Edd. — *modulatus suo per esse*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

Plures modulos, i. e. partes, in quas cylindrus intelligitur divisus. Caesar.

Plura, quae dixit, *frusta* et partes cylindri, super aquam exstabunt. Vinet.

Vers. 113. *Aut si*, Edd. — *quod si*, Cod. Bob. — *at si*, Codd. Regin. Thuan.

Aut si tantumdem. Ut cyathum aquae fontanae, verbi gratia, et cyathum puteanae. Quamquam scribit *Plinius libr. XXXI.* levitatem deprehendi aliter, quam sensu vix posse, nullo paene momento ponderis aquis inter se distantibus. Vinet.

Vers. 114. *pondere praestabit*, Cod. Bob. Edd. pl. — *pondere perstabit*, Ed. Lips. ann. 1494.

gravior, i. e. densior. Const.

si pondera secum, Cod. Bob. Edd. — *si pondere secum*, Cod. S. Germ.

Pondere pro *pondera*, quaedam exemplaria, sed eodem sane, puto, sensu. Si aquarum et aliorum liquidorum pondera inter se conveniunt, aut si aquae pari inter se conveniunt pondere; ut si fuerit, exempli causa, aquae pluviae libra, et libra aquae fluvialis, major erit quantitas aquae pluviae, quam alterius; quod aqua pluvia sit tenuior et levior. Vinet.

Vers. 115. *Convenient*, Cod. Bob. — *conveniunt*, Edd.

major erit, i. e. loci plus occupabit. Const.

Vide supra notata ad vers. 111. LEMAIRE.

Ad aliam rationem explorandae densitatis transire videtur auctor. Si duo vasa aequalia diversis liquoribus replentur, liquor densior pondus majus habebit. Si vero duorum liquorum aequalia pondera sumuntur, tenuior majus spatium occupabit, ita ut v. g. aquae et olei olivarum aequalia repleant spatia, quae sunt ut 9 : 10, si densitates sunt ut 10 : 9. Loco vasis liquore implendi, adhiberi quoque potest cylindrus immergendus, ea ratione, ut in densiore liquore, pondere addito altius descendat, et quidem ad eamdem notam, ad quam in tenuiore subsistit, quo facto aequalis portio liquoris utrimque examinatur, et densitates sunt ut pondera cylindri utrimque reperta. Forsitan auctor hoc innuere voluit, quia versibus sequentibus ad explicandum usum instrumenti cylindrici redit. KLÜGEL.

Vers. 116. *Quod si ter*, Edd. — *ac si ter*, Codd. Regin. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. *at si ter.*

septem, Edd. — *septies*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept. *cylindri — cilindri*, Cod. Bob.

ter septem numeros, i. e. viginti et unam earum partium in quas divisa sit linea longitudinis cylindri. VINET.

Vers. 117. *Illos.* Alteros latices, alterum liquorem. VINET.

Vers. 118. *His drachma gravius.* Longitudinem cylindri divisit in scripula. Sunt autem tria inter viginti unum et viginti quatuor, quae drachmam faciunt. VINET.

Levior liquor, in quo plus pondus mergitur, *gravior* cui minus. CONST.

Vers. 120. *Ut gravior superet drachma.* Edd. — *ut dragma superet sua*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. «*ut dragma superet gravior.*»

undae, Edd. *undę* Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. *undas.*

Vers. 121. Versus tres posteriores, 119—121. enuntiatum trium priorum, 116—119. restringunt. Oportet nempe, ut utriusque liquoris volumina aequalia accipiantur, et pondus utriusvis tot scripla contineat, quot partes divisionis in cylindro alteri liquori immersae teguntur. E. g. si cylindri aquae immersi partes 21 teguntur, et oleo cuidam immissi partes 24, sumantur aquae scripla 24, et volumen olei aequale volumini aquae pondus habebit 21 scriplorum, quod drachma minus est pondere aquae. KLÜGEL.

Vers. 122. *mensuris*, Edd. Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. *mensura.*

requires, Edd. Cod. Bob. — *requiris*, Codd. Thuan. et Regin. a man. sec.

Mensurarum, ponderum, numerorum notae exstant, sed corruptae pleraeque, apud Cornelium Gelsum, Valerium Probum, Volusium Metianum, Scribonium Largum, Priscianum, Bedam, Paulum Diaconum, Al. VINET.

Vers. 125. *argentum fulvo*, scribitur *et flavo*. VINET.

Vers. 126. *id possis*, Edd. — *hoc possis*, Cod. Bob. *deprendere*, Edd. — *reprendere*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

Vers. 127. *Syracusii*, Edd. variant inter *syracusii* et *syracosii*, Cod. Bob. habet: «*Syracusi*, a pr. m. et ex emend. sec. *syracusii*.»

Syracosio sunt, qui scribere malint in Sileno Virgilii, quam *Syracusii*. Syracusanus autem Archimedes quomodo deprehenderit argenti in aurea corona mistionem, et manifestum artificis furtum, exponit pluribus *Vitruvius libr. IX.* VINET.

Syracosii sine dubio scribendum, si metri ratio sit habenda. Vide ad Ovid. Fast. Libr. VI. vers. 277. BURM.

mens prodidit alta, Edd. — *mens alta prodidit*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

Locum *Vitruvii* a Caesario et Vineto ad h. v. citatum, transcribere placet, habet autem sic *Libr. IX. cap. 3. edit. Neapol.* 1758. *pag.* 346: «Archimedis vero cum multa miranda inventa et varia fuerint, «ex omnibus etiam infinita solertia, id quod exponam, videtur esse «expressum nimium. Hiero enim Syracusis auctus regia potestate, re«bus bene gestis, cum auream coronam votivam diis immortalibus in «quodam fano constituisset ponendam, immani pretio locavit facien«dam, et aurum ad sacoma appendit redemtori. Is ad tempus opus «manufactum subtiliter regi approbavit, et ad sacoma pondus coronae «visus est praestitisse. Posteaquam indicium est factum, dempto auro «tantumdem argenti in id coronarium opus admistum esse, indignatus «Hiero se contemptum, neque inveniens qua ratione id furtum repre«henderet, rogavit Archimedem, ut in se sumeret sibi de eo cogita«tionem. Tunc is cum haberet ejus rei curam, casu venit in balneum «ibique cum in solium descenderet, animadvertit quantum corporis «sui in eo insideret, tantum aquae extra solium effluere; itaque cum «ejus rei rationem explicationis offendisset, non est moratus, sed ex«ilivit gaudio motus de solio, et nudus vadens domum versus, signi«ficabat clara voce invenisse quod quaereret: nam currens identidem «graece clamabat: εὕρηκα, εὕρηκα. Tum vero ex eo inventionis in«gressu, duas dicitur fecisse massas aequo pondere, quo etiam fue«rat corona, unam ex auro, alteram ex argento: cum id fecisset vas «amplum ad summa labra implevit aqua, in qua demisit argenteam

«massam, cujus quanta magnitudo in vase depressa est, tantum aquae «effluxit: ita exempta massa, quanto minus factum fuerat, sextario «mensus, ut eodem modo quo prius fuerat, ad labra aequaretur. Ita «ex eo invenit, quantum ad certum pondus argenti, certa aquae men«sura responderet. Cum id expertus esset, tum auream massam simi«liter plano vase demisit, et ea exempta, eadem ratione mensura ad«dita, invenit ex aqua non tantum defluxisse, sed tantum minus, quan«tum minus magno corpore eodem pondere auri massa esset, quam «argenti. Postea vero repleto vase in eadem aqua ipsa corona demis«sa, invenit plus aquae defluxisse in coronam, quam in auream eodem «pondere massam: et ita ex eo, quod plus defluxerat aquae in coro«na, quam in massa, ratiocinatus; deprehendit argenti in auro mistio«nem, et manifestum furtum redemptoris.»

Vers. 128. *Siculum*, Cod. Bob. Edd. pl. — *Siculo*, Codd. S. Germ. — *Siculam*, Edd. Venet. Lips. Const.

Siculam, nescio quo sensu, nam *Siculam coronam* dicere, ineptum videtur. Burmann.

quam voverat, Cod. Bob. Edd. pl. — *quam moverit*, Codd. Regin. S. Germ. — *quam noverat*, Edd. Venet. Lips.

Vers. 130. *Conpertoque dehinc*, Cod. Bob. Edd. — *comperto dehinc*, Cod. Regin. — *dein*, Cod. S. Germ.

furto — *forto*, Cod. Bob.

parte retenta, Cod. S. Germ. Edd. Vinet. Const. in marg. Pith. Burm. — *parte retenti*, Edd. Venet. Lips. Colon. Caesar. Const. in text. — *parte retentam*, Cod. Bob.

Vers. 131. *Argenti tantumdem*, Edd. pl. — *Tantundem argenti*, Codd. Bob. Regin. — *tantumdemque argenti*, Edd. Venet. Lips. Col. Burm.

Vers. 133. *quis modus*, Edd. — *quis minor*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

Vers. 134. *in laeso..... dicatum*, Cod. Bob. Edd. pl. — *illaeso..... dicatum*, Edd. — *in laeso..... dicato*, Codd. Thuan. S. Germ. — *illaesum..... dicatum*, Ed. Caesar. Const.

Vers. 135. *siet*, Cod. Bob. Edd. pl. — *fiet*, Cod. Regin. — *sciet*, Edd. Venet. Lips.

paucis, ad verte, docebo. Est hemistichium *Virgilii Aen. IV*, 116. *et VIII*, 50. Wernsd.

Vers. 136. *haec perpendere*, Codd. Thuan. Regin. Bob. ex em. sec. — *et perpendere*, Cod. Bob. a pr. m. — *hoc perpendere*, Cod. S. Germ. — *haec adpendere*, Edd. omn.

Vers. 137. *quod edax*, Cod. Bob. Edd. — *quae edax*, Cod. Regin.

Vers. 138. *Impones libras, neutra ut praeponderet*, Cod. Bob. (sed prima manus *neultra* scripserat, quod a recentiori emendatum est) *neutrum*, Edd. pl. — *imponens*, Cod. Thuan. Edd. Venet. Lips. — *neutro*, Codd. Thuan. S. Germ. Edd. Venet. Lips.

Vers. 139. *Submittes in aquam*, Edd. pl. *summittes in aquam*, Cod. Bob. Ed. Colon. — *Submittens in aquam*, Ed. Lips. ann. 1515. — *summistis in aquam*, Cod. Thuan. — *summittis in qua*, Ed. Venet. — *Sumitis iniqua*, Ed. Lips. ann. 1494.

quas pura, Cod. Bob. Edd. pl. — *quam pura*, Cod. Thuan. Edd. Venet. Lips. Colon.

ut ceperit, Cod. Bob. Edd. pl. — *aut ceperit*, Ed. Colon.

Vers. 140. *pars*, deest in Cod. Bob. a pr. m. sed a tert. additum.

Vers. 141. *Densius*, Cod. Bob. Edd. pl. — *Pensius*, Edd. Venet. Lips. Caesar.

Hic quaedam exemplaria *P* pro *D* habent, et *Pensius* pro *Densius*. Sunt autem haec magis etiam corrupta apud Palladium in libro de Architectura. Vinet.

Omnino rescribendum: *densius hoc namque est*, i. e. *gravius* ad pondus, *ἀντίῤῥοπον*: nam *pensius* est, quod aestimio non lance praevalet. Inde de re gravi ponderanda Graeci dicebant *χρυσοῦ ἀντισταθμᾶσθαι* et *ἀντερυσαθαι*. Theognis:

«*πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦτε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι*,

«*ἄξιος ἐν γαλεκῇ, Κύρνε, διχοστασίῃ.*» Keuchen *ad Seren. Samon. cap. XV. vers.* 271.

Ridicule Keuchenius, quasi primus hoc prodidisset, emendare se ait *Densius*: an ergo nullas editiones, in quibus ita diu ante eum natum jam legebatur, vidit? Burmann.

Nolim ego spernere, quod antiquiores Edd. habent, *Pensius*. Quamquam hoc de aestimatione animi, sive de eo, quod aestimio, non lance, praevalet, usitatius dicitur, idem tamen a sensu, quo, quod ponderosius est, notat, non excludendum est. Probat compositum *propensior*, quod infra vers. 150, idem est ac praeponderans, et similiter *Ciceroni, Paradox. III.*: «Causa haec, non natura, distin«guit, quae quando utro accessit, id fit propensius, si utroque ad«juncta sit, paria fiant necesse est.» Wernsd.

simul aëre crassior unda, Cod. Bob. sed *crassior* ex emend. m. tert. a prima habet: «*grassior*. — *simulare crassius*, Edd. Venet. Lips. — *simulari gressior*, Cod. Regin. — *similari et crassius*, Ed. Const. — *similari crassius*, Edd. Vinet. Pith. — *simulari et crassius*, Edd.

Caesar. Burm. Wernsd. Lectio Cod. Bob. rem male quidem, sed e mente auctoris explicat.

Simulari crassius unda explico: crassius est, quam ut unda simulari, hoc est, aequari vel comparari cum unda queat. Sic supra, vers. 82: «Sicilicumque tibi mystro simulare licebit.» Wernsd.

Vers. 142. *Siste jugum*, tempera trutinam, et ab inclinatione revoca, quod examen castigare dicit Persius I. 7. Jugum pro hasta vel scapo librae: ut de libra caelesti Manilius I. 609:

«Et juga Chelarum medio volitantia caelo.» Wernsd.

a cardine, Cod. Bob. a pr. m., sed a tert. «*in cardine*» male, non enim *in cardine centri* intervalla notamus, sed *a cardine*, vel quod tolerabilius est et Edd. omn. exhibent *e cardine*, Cod. Regin. habet: *cardine*, absque praepositione.

Vers. 143. *discesserit*, Cod. Bob. Conject. Wernsd. — *descerpserit*, Ed. Hotom. — *discerpserit*, Edd. pl.

Discerpserit incommodum verbum hoc sensu et loco. Rectius paullo Hotomannus *descerpserit* edidit, quemadmodum supra, vers. 34. *decerpseris* dictum est. Fortasse aptius sit, si scribas: *quantum discesserit illinc*: cui et convenit quod sequitur, *distet*. Idem videbatur cl. Klügelio Wernsd.

Vers. 144. *quotque*, Edd. pl. — *quodque*, Codd. Regin. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept. Edd. Venet. Lips.

distet, Cod. Bob. Edd. pl. — *distat*, Edd. Lips.

filum, Edd. omn. — *filo*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept.

Vers. 145. *cognoscimus*, Cod. Bob. —, *cognovimus*, Edd.

Vers. 146. *libram*, Cod. Bob. Edd. pl. — *libra*, Ed. Lips. ann. 1515.

Vers. 147. *Denique libra..... supera quum mergitur unda*, Ed. Lips. (ann. 1494.) Wernsd.

Hi versus 136 — 147, obscuritate laborant. Sensus autem ex Hydrostaticis facile declaratur. Aurum, ut quodvis corpus solidum, aquae immissum ponderis diminutionem patitur, quia ab aqua ambiente sursum agitur eadem vi, qua massa aquea, cujus locum aurum occupat. Libra auri puri (12 unciarum) sub aqua amittit pondus 4 Drachm. 2½ Scripl. et libra argenti puri pondus 8 Drachm. 2 Scripl. Argentum nempe, quod majus spatium explet, quam idem pondus auri, majore vi sub aqua sursum premitur. Pondera utrimque amissa differunt 3 Dr. 2½ Scr. Secundum auctorem nostrum differunt tantum 3 Drachmis, quod facile condonabitur. Eadem differentia intercedit inter libram auri et argenti, quum aqua merguntur. Suspendantur a brachiis bilanciis, vel a brachiis staterae romanae, in aequali ab axe vel centro di-

stantiis, libra auri et libra argenti puri, vel imponantur lancibus aequalibus. Utraque in aquam immersa, aequilibrium turbabitur, et aurum in aqua praeponderabit, quia minorem ponderis diminutionem patitur. Brachio, equo argentum suspensum est, tantum ponderis addatur, in puncto suspensionis lancis vel argenti, quantum ad restituendum aequilibrium inter utramque massam requiritur, quod ergo 3 Dr. $2\frac{1}{2}$ Scr. reperietur. Vel etiam accipiatur pondus unius drachmae, et quaeratur in brachio longiori staterae Romanae, e quo argentum suspensum esse pono, punctum illud, e quo pondus hoc suspensum situm libratum jugi reducit. Comparetur distantia hujus puncti ab axe cum distantia puncti suspensionis auri vel argenti ab eodem axe, atque innotesceret excessus ponderis ab argento amissi. Invenietur nempe ista distantia $3\frac{5}{6}$ vicibus major, quam haec, quae puncto suspensionis auri vel argenti tributa est. Hinc excessus ponderis ab argento amissi $3\frac{5}{6}$ Dr. sive 3 Dr. $2\frac{1}{2}$ Scr. Klügel.

Vers. 148. *Sume dehinc*, Cod. Bob. Edd. — *Sume hino*, Cod. Regin. — *mixta est — mixtast*, Cod. Bob. per crasin.

Vers. 149. *par pondus*, Edd. pl. — *pars pondus*, Cod. Bob. a pr. m. sed a recent. *s* in *pars* puncto notatum. — *per pondus*, Edd. Venet. Lips.

itemque, Edd. — *idemque*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. sec. recept.

Vers. 150. *impositum*, Edd. — *imposuit*, Cod. Bob. a pr. m. *imposuitis*, ex emend. sec. sed ex emend. tert. recept.

specta, Edd. pl. Cod. Bob. a tert. man. in marg. — *petua*, Cod. Bob. a pr. m. — *exspecta*, Codd. Regin. S. Germ. Edd. Venet. Lips.

Vers. 151. *subsistet enim*, Edd. pl. — *sub aquis fiet*, Cod. Bob. Edd. Caesar. in marg. Pith. Rivin. — Lectio Cod. Bob. glossema redolet.

docebit, Edd. — *docebis*, Cod. Bob.

Vers. 152. *superabitur*, Edd. — *superabit ut*, Cod. Bob. a pr. m. sed ex emend. tert. recept. addito ad *superabit* sigla ^ *ur*, et τῷ *ut* punctis notato.

Vers. 153. *Dicemus inesse*, sic Cod. Bob. Edd. omn. Omnino legendum arbitror *discemus*, quod miror nullam editionum veterum praeferre, ut supra, vers. 84. *discenda est*, exhibuerunt. Wernsd.

Dicere enim et *discere* saepe mutata vide in *Antholog. Burm. V. epr.* 143. 1.:

«Quis volucrum species numeret, quis nomina *discat*»

ubi vult *dicat*. Lemaire.

Vers. 154. Sensus est: Argentum in massa commixta, et tantumdem in massa argentea pura, idem pondus sub aqua amittunt, unde

utriusque portionis in calculo subducendo momentum nullum est. Differentia ponderum amissorum oritur solummodo a reliqua portione argenti in massa pura, quae plus amittit, quam idem pondus auri massa commixta. Klügel.

Vers. 155. Hoc versu explicit prima scriptura in Cod. Bob. quae sequuntur a longe alia manu, eadem omnino, ut videtur, quam hucdum ceu tertiam designavimus, et cui plurimae diorthoses, supra a nobis notatae debentur, scripta sunt.

Data jam massa, quae aurum argento mixtum continet, sumatur massa argenti puri pondere isti aequalis, et utraque lancibus bilancis imposita aquae immergatur, quo facto prior massa praeponderabit, ob aurum argento mixtum, minus tamen, quam idem pondus auri puri argentum sub aqua superaret. Notetur, quantum pondus ad reducendum aequilibrium in brachio, e quo argentum suspensum est, requiratur, quod differentiam ponderum utrinque amissorum indicat. Haec divisa per differentiam ponderum librae auri et librae argenti sub aqua constitutorum, ostendet libras auri in massa commixta contenti. Ita, si posterior differentia secundum auctorem ponatur 3 Dr. et prior differentia sit 18 Dr. concludendum est, sex libras auri puri massae inesse, quaecumque sit portio argenti. Secundum differentiam ponderum librae auri et librae argenti sub aqua, supra a me traditam, nempe 3 Dr. $2\frac{1}{2}$ Scr. sive $3\frac{5}{6}$ Dr. massa commixta continet tantum $4\frac{2}{3}$ [libras auri. Klügel.

Vers. 157. *par corrupti*, Cod. Bob. scripti alii teste Burmanno, Edd. Venet. Lips. Col. Vinet. Pith. Hotom. Rivin. — *corrupto*, Edd. Caesar. Const. in text. Burm. Wernsd. — *correpto*, Const. in marg. *pars*, deest in Cod. Bob. in context. in marg. ab eadem manu additum.

Vers. 158. *illibata*, Edd. — *inlibato*, Cod. Bob.

Vers. 159. *Corruptam*, Cod. Bob. Edd. Const. Burm. — *Correptam*, Edd. Venet. Lips. Colon. Caesar. — *corruptum*, Edd. Vinet. Hotom. Wernsd.

sub aquam, Edd. pl. — *sub aqua*, Cod. Bob. Ed. Rivin. — *sub aquis*, Cod. Regin. a pr. m.

Sub aqua, haud dubie e correctione editorum est, et *sub aquam* vera lectio. Nam Priscianum solere *sub* cum quarto casu jungere, multis locis Periegeseos vidimus. Wernsd.

tot inesse, Cod. Bob. — *totidem esse*, Edd.

Vers. 160. *permiscuit*, Cod. Bob. Edd. pl. — *promiscuit*, Codd. Regin. S. Germ. Edd. Vinet.

Loco argenti etiam adhiberi potest massa auri puri, ejusdem ponderis, cujus est massa ex auro et argento composita. Differentia ponderum utrimque sub aqua amissorum, divisa per differentiam ponderum librae auri et librae argenti puri sub aqua, ostendit libras argenti in massa contenti. KLÜGEL.

Vers. 161. *librae quaevis*, Edd. — *quaevis librae*, Cod. Bob. *simili*, Codd. Bob. Regin. S. Germ. Edd. pl. — *similis*, Edd. Pith. Rivin.

parte, deest in Cod. Regin.

Vers. 162. *Nec non et sine aquis*, hic explicium Codd. et Edd. omn. praeter Bob.

et, deest in Edd. Venet. et Lips.

Extremum hoc carminis hemistichium in omnibus nostris exemplaribus. Quod autem per aquam docuit, id etiam sine aqua deprehendi posse, deinceps docebat Fannius, si forte carmen absolvit, quod ad nos venit imperfectum. VINET.

Facile finiri potest versus: *poteris deprendere furtum*, aliam solutionem problematis promittit. LEMAIRE.

Vers. 164. *quam tu mecum*, Cod. — *quod tu mecum* legit Denisius.

Vers. 165. *fingis*, Cod. — *fingas*, conjicit Denisius.

Vers. 166. *duobus*, Cod. — *duabus*, vult Denisius.

Vers. 168. *Post haec*, Cod. (sigl. p̄h.) Denisius legit: «*primo hanc!*»

Vers. 169. *quod diximus*, Cod. — male edidit Denisius: *quia diximus*.

Auri pondus, *quod* diximus (supr. vers. 165.) notum est, nempe unius librae.

Vers. 170. *Fac hoc vel fac et id*, vult Denisius pro eo quod Codex contra metri leges exhibet: *facque id*.

Vers. 171. *requiris*, Cod. ex emend. pro *requires*.

Vers. 174. *onus*, Cod. *honus*, sed *h* puncto notatum.

Libra auri puri 12 Unciarum, in certam formam redigatur, fiatque deinde forma ex argento, formae aureae mole par, utrâque deinde ad lancem redacta, invenietur secundum auctorem nostrum, moles aurea = 96 Dr. = 12 Unc. = 1 Libr. moles argentea 80 Dr. = 10 Unc. = 1 Libr. — 1 Sext. Forma igitur argentea ad formam auream ejusdem molis se habet sic $\frac{6}{6}$ ad $\frac{7}{8}$. Fiat deinde forma alia ex argento ejusdem plane molis cum illa aurea forma in cujus puritatem inquiritur, et utraque lancibus imposita, invenitur forma argentea uno semisse levior quam argentea, seu moles aurea = 288 Dr. = 36 Unc. = 3 Libr. et moles argentea = 240 Dr. = 30 Unc. = $2\frac{1}{2}$ Libr., unde inferre licet, si in forma quae unam auri libram ponderat differentia a forma

argentea ejusdem molis est sicut $1 : 1\frac{1}{8}$, hic autem sicut $3 : 3\frac{1}{2}$, tres auri puri libras hac mole contineri, nam $1 : 1\frac{1}{8} = 3 : 3\frac{1}{2}$.

Vers. 179. *ita sit*, Cod. — *id sit*, vult Denisius.

Vers. 180. Vid. supr. ad vers. 91 et 123.

Vers. 183. *fuerat*, Cod. — Denisius *fuerit*, edidit.

Vers. 187. *Quis*, Cod. — *queis*, Denis.

Vers. 186—188. Obscurus horum versuum sensus; auctorem hoc velle puto: si paribus argenti et auri molibus, seu ut supra dixerat, moli A. aureae 12 Unciarum, et moli B. argenteae 10 Unciarum, par pondus argenteum addatur, v. g. 12 Unciarum, ita ut moles A. sit = 24 Unc. moles B. = 22 Unc. discrimen idem manebit, nempe 2 Unc. = 1 Sext. quia moli A, tantum argentum accessit, sed nihil auri, seu moli A, tantum quantum moli B.

Vers. 189. *quos*, Cod. — Denisius conjicit: *quot*.

Vers. 194. *Atque*, sic omnino legendum videtur, pro eo quod contra metri leges Cod. Bob. exhibet *aeque*.

Vers. 195. *cubi* — *cybi*, Cod. vid. supra ad vers.

Vers. 196. *simuletur*. Cfr. supra vers.

Vers. 197. *fac*, vid. supra vers. 170.

Gravitatis specificae argenti et cerae differentias haud definit, sed exempli gratia tantum supponit, dato non concesso, esse sicut $1 : \frac{1}{4}$.

Vers. 204. *esset*, Cod. — *esse*, Denis.

HAEC

EDITIO PRINCEPS

ABSOLUTA EST

VINDOBONAE IDIBUS JULIIS MDCCCXXVIII.

TYPIS VIDUAE ANTONII STRAUSS.



This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

DUE OCT 30 '42

WIDENER
FEB 10 1997
MAY 29 1997
BOOK DUE
CANCELLED

3 2044 019 029 990

Zu haben bei
Besser & Mauke.